VOLVMEN QVINTVM.

DE ROMANO PONTIFICE,

AD SANCTISS. DOMINVM NOSTRVM Paulum V. Papam.

AVCTORE

Fr. Antonio Perez Monacho Benedictino.

Cum duplici indice rerum notabilium, & verborum Scriptura ſacra.

CVM PRIVILEGIO.

MATRITI.

APVD VIDVAM ILDEPHONSI MARTIN.

Anno M. DC .XX.

Digitized by Google

SANCTISSIMO D. NOSTRO Paulo V. Pappæ,

Fr. Antonius Perez S.

PRodijt Præfectura Romana, & quidem (BEATISSIME PATER) tuo nomine prodit, vt reddens Pontifi-
Lib. 2. de conſid. ad Eug. c. 8. cia Pontifici, reddam quę ſunt Dei Deo. Eſt enim Romanus Pontifex (vt cum Bernardo loquar) non tantùm primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authori-
Sup. Mat. 16. v. 18. tate Moyſes, iudicatu Samuel, ac tādem poteſtate Petrus; verùm (quod eximium eſt) vnctione Chriſtus. Vnde vel
Pſal. 3. v. 4. illorum es Principum Princeps, qui (vt Hieronymus monuit) non homines, ſed Dij appellantur. Adeò enim Chriſtus, gloria noſtra, exaltauit caput noſtrum. Quare ſupplex ego, flexis non ſolùm corporis, verùm & animi genibus, excelſæ Sāctitati tuæ (O SACER VERTEX) opuſculum hoc conſecro, quo exaltatum caput noſtrum ſuper inimicos noſtros inuenias. Vale.

VO-

VOLVMEN DE ROMANO PONTIFICE.

PROOEMIVM OPERIS.

Prooemium & dignitas operis.

1 SVMMAM Eccleſiaſticæ rei, ſummumque eius verticem, & faſtigium aggredimur, cũ de Romano Pontifice diſputationem ſuſcipimus. Eſt enim Romanus Pontifex fulcrũ, & fundamentum Eccleſiæ, cui tota eius moles & pondus inixum ſuper incumbit: vt vel aduerſarij eius tacitis quidem vocibus, licèt inuiti fatentur; dum omnes ſuas machinas in expugnationem Pontificis potiſsimè erigunt, moliuntur & dirigunt. Adeò enim illos premit, & vrget illa vox fratrum ſuorũ, vtique filiorum Edon, vel potius ducis eorum, ac ſimilium Sathanæ, ſuis contra Eccleſiam Catholicam, commilitonibus indicentis, *a Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea*. Cæterum ille idem qui dixit Eccleſiæ: *b Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris: & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles.* Ipſe ergo ſic ſaluam, & incolumẽ ſeruat illam, vt idem ſit ejus fundamentum concutere, atque ſupremos ipſos cœli axes è cœlo deturbare. Sapphirina enim cœlum referunt, & non vtcumque, ſed vt ſerenum eſt. *c* Quare nouatorum iſtorum quantumuis denſa, horrida, & fulminatricia nubila, non tantũ conuellere, verũ neque obducta caligine obnubilare, aut impacto tegmine, fuçove confundere Romani Pontificis aciem, ejuſque primatus ſpeciẽ quouiſmodo poſſunt: adeò vt vel ipſe nunc eam omnibus conſpicuam; & cunctorum oculis per viam digito (Deo iuuante) demonſtrare contendam, per varias tamen diſputationes articulato & producto: quarum primam ſic ordior.

a *Pſalm.* 32. numer. 10.
b *Eſai.* 54. n. 11
c *Exod.* 24. v. 18.

Romani Præſulis ſedes inconcuſſa.

aaaa DVBIVM

Digitized by Google

SANCTISSIMO D. NOSTRO Paulo V. Pappæ,

Fr. Antonius Perez S.

PRodijt Præfectura Romana, & quidem (BEATISSIME PATER) tuo nomine prodit, vt reddens Pontificia Pontifici, reddam quę ſunt Dei Deo. Eſt enim Romanus Pontifex (vt cum Bernardo loquar) non tantùm primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, ac tādem poteſtate Petrus; verùm (quod eximium eſt) vnctione Chriſtus. Vnde vel illorum es Principum Princeps, qui (vt Hieronymus monuit) non homines, ſed Dij appellantur. Adeò enim Chriſtus, gloria noſtra, exaltauit caput noſtrum. Quare ſupplex ego, flexis non ſolùm corporis, verùm & animi genibus, excelſæ Sāctitati tuæ (O SACER VERTEX) opuſculum hoc conſecro, quo exaltatum caput noſtrum ſuper inimicos noſtros inuenias. Vale.

Lib. 2. de conſid. ad Eug. c. 8.

Sup. Mat. 16. v. 18.

Pſal. 3. v. 4.

VO-

VOLVMEN DE ROMANO PONTIFICE.

PROOEMIVM OPERIS.

Proœmium & dignitas operis.

1 SVMMAM Eccleſiaſticæ rei, ſummumque eius verticem, & faſtigium aggredimur, cũ de Romano Pontifice diſputationem ſuſcipimus. Eſt enim Romanus Pontifex fulcrũ, & fundamentum Eccleſiæ, cui tota eius moles & pondus inixum ſuper incumbit: vt vel aduerſarij eius tacitis quidem vocibus, licèt inuiti fatentur; dum omnes ſuas machinas in expugnationem Pontificis potiſsimè erigunt, moliuntur & dirigunt. Adeò enim illos premit, & vrget illa vox fratrum ſuorũ, vtique filiorum Edon, vel potius ducis eorum, ac ſimilium Sathanæ, ſuis contra Eccleſiam Catholicam, comilitonibus indicentis, *a Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea*. Cæterum ille idem qui dixit Eccleſiæ: *b Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris: & ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles*. Ipſe ergo ſic ſaluam, & incolumẽ ſeruat illam, vt idem ſit eius fundamentum concutere, atque ſupremos ipſos cœli axes è cœlo deturbare. Sapphirina enim cœlum referunt, & non vtcumque, ſed vt ſerenum eſt. c Quare nouatorum iſtorum quantumuis denſa, horrida, & fulminatricia nubila, non tantũ conuellere, verũ neque obducta caligine obnubilare, aut impacto tegmine, fucove confundere Romani Pontificis aciem, ejuſque primatus ſpeciẽ quouiſmodo poſſunt: adeò vt vel ipſe nunc eam omnibus conſpicuam; & cunctorum oculis per viam digito (Deo tante) demonſtrare contendam, per varias tamen diſputationes articulato & producto: quarum primam ſic ordior.

a *Pſalm*. 32. *numer*. 10.

b *Eſai*. 54. *n*. 11

c *Exod*. 24. *v*. 18.

Romani Præſulis ſedes inconcuſſa.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

DVBIVM PRIMVM.

Vtrùm in Eccleſia Catholica, quæ vna viſibilis & vniuerſalis eſt, vnus præſit viſibilis, & vniuerſalis Paſtor & Præſul?

SVMMARIVM.

1 Prœmium & dignitas operis.
2 Romani Pontificis ſedes inconcuſſa.
3 Hæretici partis negatiuæ.
4 Arguitur primo à parte negatiua quæſtionis.
5 Arguitur ſecundo ad idem.
6 Occurritur argumento.
7 Occurſus occluditur primo.
8 Iterum occurſus obſtruitur.
9 Arguitur tertio pro parte negatiua.
10 Arguitur quarto pro parte negatiua.
11 Ex ſcriptura Geneſis oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis, vtique ex arca Noe.
12 Quid præſignauit arca Noe?
13 Pars affirmatiua oſtenditur ex illa perenni Summorum Pontificum legis antiquæ ſerie.
14 Qualiter aliquando plures ſummi Sacerdotes: & quomodo?
15 Quis ſummus Sacerdos inter Moyſen & Aaron?
16 Summi Sacerdotes antiqui ſummos noſtros præfigurarunt Pontifices.
17 Ornamenta Summorum Pontificum legis veteris præſignabant virtutes noſtrorum Pontificum.
18 Sacrificia illa præfigurabant noſtra.
19 Synagoga præfigurauit Eccleſiam.
20 Apud ethnicos vnus erat Sacerdos ſummus.
21 Oſtenditur pars affirmatiua ex vaticinio Dauid.
22 Quomodo per Chriſtum firmandũ Dauid regnum?
23 Regnum Dauid promiſſum, non carnale, ſed ſpiritale.
24 Commentarium Epiphanij ad regnum hoc.
25 Proſequitur Epiphanius commentarium ſuum.
26 Abſoluitur commentarium hoc.
27 Cur Chriſtus totiens nuncupatus Dauid?
28 Explicatur verbum Angeli, Lucæ 1.
29 Oſtenditur pars affirmaiua ex eo, quod Eccleſia dicitur Caſtrorum acies ordinata.
30 Figuræ veteris teſtamenti prophaticæ pro nouo.
31 Quid ſibi velit deſcriptio a Cæſare Auguſto, naſcente Chriſto?
32 Oſtenditur ex Ioan. 10. pars affirmatiua quæſtionis.
33 Notanda Cypriani doctrina.
34 Oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis ex eo, quod Eccleſia dicitur Corpus Chriſti.
35 Quodnam caput Eccleſiæ? quodnam corpus?
36 Arguta & docta Dorothei doctrina.
37 Oſtenditur ex prædictis pars affirmatiua.
38 Vni corpori vnum reſpondet caput.
39 Audiatur Cyprianus ad hæc.
40 A ſimili pars affirmatiua concluditur, & à paritate conſequutionis.
41 Ad vnitatem Eccleſiæ non ſat eſſe vnitas religionis.

Præter

Digitized by Google

42 Præter Chriſtum in cœlis regnantem indiget Eccleſia capite in terris agente.
43 Quale vnitatis genus Chriſtus in Eccleſia conſtituit & appetijt?
44 Aliter & aliter geſsit Chriſtus caput Eccleſiæ pro alio & alio ſtatu.
45 Eccleſiæ regimen non eſt democraticum.
46 Explicatur locus Actor. 6.
47 Primos diaconos elegerunt Apoſtoli: non particulares fideles cum Apoſtolis.
48 Longè à populo ſemper fuit authoritas Eccleſiæ.
49 Eccleſiæ regimen nunquam ariſtocraticum.
50 Non fuit, neque eſſe poteſt ariſtocraticum regimen expediens Eccleſiæ.
51 Ariſtocraticum regimen iniquum Eccleſiæ.
52 Generalia Concilia magno vſui ſunt: at debent agnoſcere caput.
53 Ratione oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis.
54 Pontificis hoſtes, ſunt inimici Eccleſiæ.
55 Probat Hieronymus monarchiam.
56 Probat eandem Iſocrates.
57 Probat monarchiam Sirinus.
58 Probat Seneca & Lucanus.
59 Probat Plutarchus monarchiam.
60 Probant eandem Iuſtinus & Euſebius: atque Athanaſius & Chryſoſtomus.
61 Probant monarchiam Cyprianus, Hieronymus & Diuus Thomas.
62 Probat Deus regimen monarchicum.
63 Regimen monarchicum neceſſario cæteris præferendum.
64 Ab orbe condito viguit monarchia.
65 Ratione oſtenditur præſtantia monarchiæ.
66 Arguitur primo contra præſtantiam monarchiæ, & reſpondetur.
67 Nullus hominum ſine adminiſtris valet viuius ciuitatis bono inſeruire.
68 Miniſtri neceſſarij ſunt omnibus magiſtratibus.
69 Quæ miniſtrorum ſatellitio geruntur facillimè adminiſtrantur.
70 Arguitur ſecūdò contra præſtātiā.
71 Eccleſia militans, vtpotè hominum, more hominum regenda.
72 Chriſtus & Pontifex non ſunt duo capita.
73 Romanus Pontifex caput miniſteriale reſpectu Chriſti.
74 Eccleſiæ regimen non purè monarchicum.
75 In Eccleſia ſunt alij à ſummo Præſule, veri Præſules: & non tantum vicarij.
76 Gregorius Magnus curà ſe repulit vniuerſalis Epiſcopi nomenè
77 Principes Eccleſiæ non iure ſanguinis eliguntur.
78 In monarchia myſtica omnis boni regiminis ratio reſplendet.
79 Per ſe monarchia præſtat omni regimini: ſed ex accidenti alia aliquando præſtare poſſunt illi.
80 Eccleſiæ rectores, non vicarij Pontificis ſunt, ſed veri paſtores.
81 Eccleſiæ regimen nunc & ſemper vt olim imperiale.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Authores & argumenta partis negatiuæ; quod non ſit vnus in Eccleſia Paſtor vniuerſalis omnium.

3 A Parte negante aliqui ex vetuſtioribus, atque etiam ex recentioribus hæreticis inueniuntur. Quidam enim Marſilius Paduanus, ante hos quingentos annos (vt refert Albertus Pighius a) nullam intra Eccleſiam eſſe Eccleſiaſticam iuriſdictionem, aut præfecturam conſtituit, niſi tantùm in Sacerdotibus poteſtatem adminiſtrandi Sacramenta, & prædicandi verbum Dei. Alios etiam priſcos hæreticos pro ſententia iſta refert D. Antoninus, b Thomas Vvalden. c & alij. Nouiſsimè autem ab orco hæreſim iſtam reuocarunt Lutherus, d & Caluinus e negantes inter Chriſtianos omnem ſpiritalem præfecturam vniuerſalis Eccleſiæ, & affirmantes omnes fideles eſſe pares, adeò, vt vel diſtinctionem cleri, & populi prorſus conuellant, & è medio tollant. Hæretici partis negatiuæ.

a Lib. 5. de Eccleſiaſt. hierarch.
b 4. p. tit. 11.
c In lib. doctrinalis fidei.
d Apud Bellar. lib. 4. de Pontif. cap. 15.
e Lib. 4. inſtitu. cap. 6.
f Exod. 18. & Deuter. 21.

4 Argumenta illis ſunt. Primum, quod nullus hominum eſt, aut citra grande miraculum eſſe poteſt adeò promptus intentus, & expeditus ad ſingula, vt omnia per ſeipſum in tàm longè, lateque diffuſa Eccleſia moderari valeat. Quare olim, f tâm ex optimatibus, atque Principibus, quàm etiam è media plebe plures ad habenas regiminis aſſumpti videntur apud ſacras literas: & nullus aliquando totius orbis Monarcha adhuc in ſecularibus creatus inueniatur. Igitur in Eccleſia nullus, qui præſideat omnibus, ac ſingulis Præſul eſt. Arg. 1. à parte negatiua quæſtionis.

5 Secundum eſt. Chriſtus Dominus eſt ſummus Eccleſiæ Sacerdos, Paſtor & Pontifex, & quidem perpetuus, vt Paulus ad Hebræos docet. g Igitur ſucceſſorem in pontificatu nō habet, neque poteſt habere, vtpotè quod dignitate amiſſa numquam potuit excidere. Inde enim per Pſalmiſtam ſcriptum eſt. h *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecūdū ordinem Melchiſedech*: & per Paulum, i *Ieſus Chriſtus, eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium.* Cùm ergo intra Eccleſiam Catholicam vnus tantum debeat eſſe Præpoſitus, ſequitur, quod iſte ſit Chriſtus: & proinde non aliquis alius mortalis, aut viſibilis homo. Arg. 2. ad idem

g Heb. 7.
h Pſalm. 109. 4.
i Heb. 7. 24.

6 Quod ſi dicamus illis, & reſpondeamus, Chriſtum fuiſſe longè profectū, vtique ad dexteram Patris, & ibi vſque in diem reſtitutionis omnium eſſe collocatum, & proinde vſum fuiſſe mortalibus, viſibilibuſque miniſtris, qui vices eius gererent cum mortalibus, viſibilibuſquè hominibus, vt vicarius gerit perſonam potiſsimi Præſulis. Occurritur argumento.

7 Si igitur hæc illis dicamus, obijciunt in primis, quod Chriſtus quantumcumq; à nobis diſsitus, ac nunc nobiſcum & in medio noſtri eſt, vſque ad cōſummationem ſeculi, iuxta promiſſum illius, K vtique vt ſua ſaltem ſpiritali nos conſoletur præſentia, illuſtrationibus doceat, auxilijs roboret, & tandem prouidentia dirigat: velut anima, quæ ſenſibus noſtris, aſpectibusve nō ſubijcitur, corpoream tamen ſuſtinet, & moderatur molem. Occurſus occluditur 1.

K Matth. 28. numer. 20.

8 Obijciunt deinde, quod eſto oporteret viſibiles ad id operis expedire miniſtros: adhuc vnius ſupra cæteros principatus neceſſarius non videretur: cùm tot, ſint intra Eccleſiam particulares miniſtri particularibus deputati muneribus: vtique Epiſcopi, presbyteri, & alij, qui particularium etiam animarum gerunt conuenientem curam tanquam adiutores Chriſti, vnici paſtoris omnium: cuius Eccleſia cùm ſit tantùm vna, vnicum, & non plura debet habere capita. Iterum occurſus obſtruitur.

Tertium

Digitized by Google

Arg. 3. pro parte negatiua.

9 Tertium argumentum eſt. Si vniuerſali Eccleſiæ vnus hominum præfici debuiſſet, procul dubio vnicus tantum eſſet legitimus animarum paſtor & rector: ſiquidem vbi vnus tantum præficitur Princeps, reliqui magiſtratus vicarij Principis ſunt, non autem verè Principes: vt patet in quacumque republica, etiam Regia, in qua pro Regis arbitrio politici magiſtratus ponuntur, ac deponuntur, quia vnicus tantum eſt verus, ac legitimus Dominus, reliqui miniſtri, & vicarij. Inde illud Gregorij Magni, *l Si vnus Patriarcha vniuerſalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Propterea ſanctitas veſtra nemini vnquam vniuerſalem nominet, ne ſibi debitum detrahat, cum alteri defert honorem indebitum.* Cum igitur in Eccleſia Chriſtus veros aliquos Epiſcopos habeat particularibus Eccleſijs præfectos, conſequens eſt, nullum intra Eccleſiam vigere vniuerſalem Epiſcopum, Pontificem, aut Paſtorem.

l *Lib. 4. regiſtri epiſt. 36.*

Arg. 4. pro parte negatiua.

10 Quartum & vltimum argumentum ſic eſt. Chriſtus nullum talem inſtituit Paſtorem: quoniam alias numquam Apoſtoli cõtendiſſent, quiſnam eorum videretur eſſe maior, vt re ipſa in contentionem duxerunt, apud Lucam. *m* Ergo aut nullus aut merè fictitius eſt talis Paſtor, vtpotè quod in Eccleſia Chriſti nullum caput eſt admittendum, quod ipſe non conſtruxerit.

m *Lucæ 22.*

CAPVT SECVNDVM.

Oſtenditur ex veteri teſtamento pars affirmatiua, hoc eſt vniuerſalem Eccleſiam vniuerſalem paſtorem ſortiri.

Ex ſcriptura Gen. oſtẽditur pars affirmatiua queſtionis vtiq; ex arca Noe.

11 PArs nihilominus affirmatiua fidei dogma eſt, inumbratum prius in illa arca Noè, *a* de qua Petrus *b* dixit fuiſſe typum Eccleſiæ. Etenim ſicut illa habuit ſinus diuerſos & nidos (ſic enim ſeptuaginta *I*nterpretes appellant mãſiones arcæ) omnes tamen ſibi connexi, & coherẽtes, & intra illos homines, vtique filij Noè maiores, & minores, vxorum ſuarum capita, & demum ipſum Noè cunctis præpoſitum & præfectum, qui ſingulis ſtationes diſtribuit, & loca deſignauit: ſic intra vniuerſalem Eccleſiam diuerſæ quidem continentur, & comprehenduntur Eccleſiæ particulares, tamquam manſiones & niduli, in quibus Eccleſia Catholica parit, fouet, alit, nutrit, & cœlos vſque effert ſuos ſpiritales filios: & in quarum ſingulis, ſingulares Prælati vigent maiores, & minores, per analogiam quidem ad filios Patriarchæ Noe, omnes tamen ſub eodem patre Eccleſiæ vniuerſalis Principe diſtribuente in ſingulos filios ſingulares Eccleſiæ gradus, dum alios Patriarchas, alios Archiepiſcopos, alios Epiſcopos, alios presbyteros, aut quid ſimile creat.

a *Gen. 6.*
b *1. Petr. 3.*

Quid præſignauit arca Noe

12 Quod ſi obijcias Iuſtinum Martyrem *c* dicentem, Noè præfiguraſſe hic Chriſtum. In promptu reſponſio eſt, repræſentaſſe quidem eum tanquam potiſsimum Eccleſiæ caput, conſequenter autem, & minus principaliter vicarium eius, tamquam vices gerentem pro illo, & verè Eccleſiam gubernantem, atque animarum indemnitati ſtudentem, & inuigilantem, vt inuigilauit Noè incolumnitati cunctorum, etiam immundorum animalium, quæ arcæ ſuæ tutelæ ſe commiſerant. Veriſsimus igitur Noè, qui interpretatur quies, tranquilitas, & requies, Chriſtus ipſe eſt, *d* apud quem omnes requiem animarum inueniunt: munere tamen ac dono eius omnis ille, qui Chriſti gaudens munere ad clauum in Eccleſia ſedet, vt Noe in naui.

c *Dialo. cum Triphone.*
d *Matth. 11.*

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

Iterum ex teſtamento veteri oſtenditur vniuerſalis Eccleſiæ Pontifex.

Pars affirmatiua oſtenditur ex illa perpetiſum morum Pontificum legis antiquæ ſerie.

13 ITerum inumbratum habemus dogma hoc in peremni illa Summorum Pontificum ſucceſsione, & ſerie apud ſynagogam. Eccleſia ſiquidem Iudaici populi ſemper habuit vnum in ſacris ac in ſpiritalibus præfectum Pontificem, qui in his quæ Dei, vel ad Deum erant, vniuerſaliter præſideret: adeô vt vel ipſis ſummis politicorum magiſtratibus imperaret, ſicut in confeſſo apud omnes adhuc apud ipſos noſtros aduerſarios eſt.

Cùm igitur omnia illis in figura contingerent, iuxta obſeruationem Pauli, *a* ſequitur, quod etiam hoc, imô potiori iure hoc, tanquam potiſsimum, vel ſaltem ex potiſsimis legis: & proinde præfiguraſſe perpetem, & ſine interruptione Summorum Pontificum prælationem in Eccleſia Catholica: ita vt in his quæ Dei, vel ad Deum ſunt; hoc eſt, in cauſa religionis, & fidei, & in ſpiritalibus ſimul, atque Eccleſiaſticis rebus, vni teneâtur omnes ſummo parere Pontifici, ſubijci ac deferre.

a 1.Cor.10.

Qualiter aliquando plures ſummi ſacerdotes, & quomodo?

14 Nec valet ſi cum aduerſarijs dixeris, in veteri teſtamento vno & eodē tempore plures Sacerdotes ſummos & ſupremos fuiſſe: vt patet in Anna & Caypha, & in Sadoch, & Abimelech, quos ſimul, & eodem tempore conſtituit Dauid, iuxta libros Paralipomenon. *b* Non inquam valet, quoniam nō ſimul, ſed alternatim ſuo fungebantur officio, vt patet de Anna, & Caypha de quo apud Ioānem, *c Cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit.* Et licêt Moyſes, & Aaron ſimul Summi Pontificis officio fungerentur (fuit enim Moyſes ſummus etiam Pontifex, vt Aaron, & ſimul cum Aaron) propter quod ſcriptū eſt: *d Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius.* At Moyſes fuit abſolutè ſummus, Aarō non niſi ſecundum quid, vtique reſpectu aliorum à Moyſe: ſicut re vera omnes Apoſtoli eandem cum Petro poteſtatem adepti, ſummi Sacerdotes fuerunt: verum ſolus Petrus fuit ſummus Sacerdos ſimpliciter, vtporê qui omnibus, etiam ipſis Apoſtolis ſummis Sacerdotibus præerat: reliqui verō Apoſtoli ſecundum quid, quia non Petro præerant, nec ſibi adinuicem, ſed alijs à Petro, & à collegio Apoſtolico, Et proculdubio illud quod de ſacerdotio Moyſi, & Aaron notauimus fuit præſagium huius.

b 1.Paral.24.

c Ioan. 11.51.

d Pſalm.98.6.

Quis ſummus Sacerdos inter Moyſem & Aaron.

Sumi ſacerdotes antiqui ſummos noſtros præfigurarūt Pōtifices.

16 Neque iterum valet, ſi iterum dicas ſummos teſtamenti veteris Sacerdotes præfiguraſſe Chriſtum, & ſolùm Chriſtum; eo quod ille ſolus eſt Sacerdos in æternum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Cōtra enim eſt, quod illi Pontifices Summi, non tantum inumbrabant Chriſtum, vt cūque regnantem, ſed regnantem ſimul, atque moderantem ſenſibiliter, & viſibiliter Eccleſiam ſuam, vt regebant ipſi, ac moderabantur Chriſti populū; at Chriſtus ſublatus in cœlum non poteſt per ſe ipſum viſibiliter ac ſenſibiliter Eccleſiam viſibilem moderari, niſi tantum per miniſtros ſuos & vicarios viſibiles. Ergo etiam præſignarunt perpetuam Pontificum ſeriem viſibiliter & ſenſibiliter Eccleſiam Chriſti moderantium.

Ornamēta ſummorum Pontificū legis veteris præſignabant virtutes noſtrorū Pōtificum.

17 Certè ſi vel ipſa ornamenta Pontificum veteris legis virtûtes, moreſquè Pontificum ſtatûs gratiæ præfigurabant, vt contendunt ſapientiſſimi omnes, maximè Cyprianus, *e* & Gregorius, *f* conſequens omnino eſt, vt viſibile illorum regimen viſibilem gubernationem Eccleſiæ per Sūmos Pontifices, miniſtroſque portenderit.

e Lib.1.epiſt.7.
f p.2.paſtor ca.4

18 Item ſi ſacrificia veteris legis non tantùm deſignabant cruentum

Sacrificia illa præfigurabāt noſtra.

tum illud, quod Chriſtus in Cruce ſacrificium obtulit, ſed etiam incruenta alia, quæ iugiter offert Eccleſia, vt nos ſæpiſſimè Auguſtinus g docuit, conſequens eſt, vt ipſi Sacerdotes ſummi veteris legis, non tantum Chriſtum Sacerdotem in æternum, ſed etiam omnes alios, qui eius ſufficiuntur vice inumbrauerint.

g *Lib. 20. contra Fauſt. ca. 18. & lib. 1. contra aduerſ. legis ca. 18. & lib. 3. de bap. c. 19.*

Synagoga præfigurauit Eccleſiā.

19 Rurſum ſi Eccleſia, quæ tunc temporis erat, vtique Synagoga, non tantùm præfigurauit Eccleſiam, quæ Chriſti tempore viguit, ſed eam, quæ florebit, & erit vſque in finem ſeculi; & rurſum non præfigurauit Eccleſiam illam, & iſtam tanquam aliam, & aliam, ſed potius, vt eandem omnino: vtpotè quod ſemper vna, atque eadem eſt, licèt membra eius materialiter conſiderata non eadem ſint, quia morte intercipiuntur, & permanere prohibentur iſta, regeneratione autem baptiſmi inſeruntur illa. Si igitur hoc ita eſt, adhuc ex mente infidorum: quid iuris (rogo?) erit quod Pontifices ſynagogæ, qui caput illius corporis erant, non etiam præfigurauerint Pontifices, qui caput huius corporis ſunt? & quidem quod præfigurauerint non tamquam diuerſa capita, licèt materialiter diſtincta, ſed potius tamquam vnum, & vnicum cum ipſo Chriſto? Quia licèt plures Pontifices materialiter conſiderati plura capita ſint, formaliter tamen, & in ratione capitis idem omnino ſunt, vtique Chriſtus; vt ſic, vel in ſe, vel in ſuis viſibiliter reſidens.

Apud Ethnicos vnus erat Sacerdos ſūmus.

20 His addamus, quod apud *Ethnicos* vnus Sacerdos erat: vt habet Libius, *h* agens de Summo Pontificatu. Inter Druidas Gallorum ſacrificulus vnus præerat, qui ſummam inter eos haberet poteſtatem, iuxta Iulium Cæſarem. *i* Et apud Ethnicos Francos erat vnus ſummus Pontifex: iuxta Humbaldi hiſtoriam, & iuxta Trithemium noſtrum. k Si igitur vel illi, qui vnitatis fœdere non gloriabantur, adhuc vnum in ſacris præfectum habebant: quid dicendum de Eccleſia vna, columba vna, ſponſa vna, electa vna, vnius fidei, vnius Dei, vnius baptiſmi, qualis eſt Eccleſia Catholica?

h *Li. 10. & li. 30*
i *Lib. 6. comm. Belli Gallici.*
K *In 1. cap. Breuiarij annal Franciæ.*

CAPVT QVARTVM.

Oſtenditur tertiò ex teſtamento veteri in vniuerſali Eccleſia eſſe vniuerſalem Paſtorem.

21 Oſtenditur affirmatiua ex vaticinio Dauid.

TERTIO Inumbratum habemus Catholicum dogma hoc illo vaticinio, a quo regnum Dauid firmandum, atque perpetè ſtabiliendum producitur. Habet enim ſic. *Firmabo regnum eius, & ſtabiliam thronum eius vſque in ſempiternum.* Et iterum. *b Domus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram Domino: quia tu Domine exercituum, Deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui, dicens, domum ædificabo tibi.*

a *2. Reg. 7. 12. & 2. Paral. 22.*
b *2. Reg. 7. 26.*

Quomodo per Chriſtū firmandum Dauid regnum?

22 Hoc autem regnum in Chriſti humanitate, & per Chriſtum hominem firmandum, & muniendum fore, ipſæ etiam ſacræ literæ clamant apud Eſaiam dicentem. *c Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis Conſiliarius: Deus fortis: multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſque in ſempiternum.* Et apud Lucam, *d Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

c *Eſaiæ 9. v. 7.*
d *Lucæ 1. v. 32.*

Regnū Dauid promiſſum non carnale, ſed ſpiritale.

23 Hæc autem intelligenda cùm ſint, non quidem de carnali regno Dauid, quod diu iam interijt, & quod ſucceſſione hæreditaria nullus ex ſtirpe Ieconiæ (quam duxit *e* Chriſtus Dominus) occupaturus eſt; iuxta Hieremiæ illud, *f Non erit de ſemine Ieconiæ vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem* habeat

e *Matth. 1.*
f *Hierem. 22. 30*

habeat vltra in Iudam. Sed intelligenda ſint de ſpirituali, terreno tamen, ac viſibili (aliàs quid commune haberet cum Regno Dauid?) conſequens eſt, vt Chriſtus in Eccleſia viſibili viſibiliter ſimul, atque perpetè regnet, & principetur, vel in ſe, vt viuens regnauit, vel in ſuis vicarijs, ac Proregibus, vt ex quo tranſiuit ad Patrem regnat, regnabitquè in terra.

Regnū Dauid præmiſſum non carnale, ſed ſpirituale.

e *Matth.* 1.
f *Hierem.* 22. 30

24 Inde Epiphanius, g edifferens contra Nazaræos oracula iſta de ſtabilitate regni Dauid ait: *Exiſtimarunt nonnulli non eſſe hoc impletum: dicemus tamen, vt res habet. Nullum enim verbum ſcripturæ ſanctæ Dei decidit. Thronus namque Dauid & Regale ſolium eſt Sacerdotium, quod in Eccleſia ſancta eſt: quam quidem dignitatem Regiam, & Sacerdotalem Dominus copulauit in vnum, &* Eccleſiæ *ſuæ ſanctæ donauit, translato in eam throno Dauid, qui vſque in ſeculum non deficiet.*

g *Hæreſi* 29. *contra Nazaræos.*

Comentariū Epiphanij ad regnum hoc.

25 Et rurſum idē ad idē. *Translato ſolio Regali in Chriſto ad Eccleſiam, ex domo quidem carnalis* Iudæ, *& Iſrael* Regia *dignitas tranſmutata eſt: firmatus verò thronus vſque in ſeculum in ſancta Dei* Eccleſia.

Et mox: *Sacerdos eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus in ſeculum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſimulque Rex ſecūdum ordinem è cælo profectum: vt & Sacerdotium vnà cum lege transferat, & ſemen* Dauid *per Mariam in throno vſque in ſeculum ſedeat, regnique eius non ſit finis futurus. Oportebat enim, vt ipſe nunc ordinem Regiæ poteſtatis transferret: ſiquidem regnum eius non eſt è terra*, h *vt dixit Pilato: non enim venit, vt ad regnum proueheretur, qui ſemper regnat, ſed donauit Regiam dignitatem his, quos ipſe in ea conſtituit, ne diceretur à paruis initijs ad maiora progreſsionem feciſſe.*

Proſequitur Epipha. cometariū ſuū.

26 Tandem ipſe. *Manet thronus eius, & regni eius non erit finis: ſedetquè ſuper thronum Dauid, cuius regnum tranſtulit, & ipſum vnà cum ſummo Sacerdotio ſeruis ſuis Summis Pontificibus Eccleſiæ* Catholicæ *largitus eſt.* Hactenus Epiphanius expendens præmiſſa oracula.

h *Ioan.* 18.

27 Inde etiam factum eſt, vt Chriſtus ipſe ſic per ſe ipſum, vel per Pontifices ſuos in huiuſmodi ſacerdotali, atque ſpirituali Dauidis regnans imperio, appellatus frequenter fuerit à Prophetis, & in Prophetis Dauid: vtiq; apud Hieremiam ſic: i *Non dominabuntur ei amplius alieni, ſed ſeruiunt Domino Deo ſuo, &* Dauid *Regi ſuo, quem ſuſcitabo eis.* Et apud Ezechielem, K *Et ſuſcitabo ſuper eos paſtorem vnum, qui paſcat eos, ſeruum meum Dauid: ipſe erit eis in paſtorem, ego autem Dominus ero eis in Deum: & ſeruus meus* Dauid *Princeps in medio eorum.* Et rurſum apud eundem. l *Seruus meus* Dauid *Rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum.*

Abſolui turcōmētariū hoc

Cur Chriſtus toties nūcupatus Dauid?

i *Hiere.* 30. v. 9.
K *Ezech.* 34. v. 23. & 24.

Item alio in loco, m *Et* Dauid *ſeruus meus Princeps eorum in perpetuum.* Et apud Oſeam n *Poſt hæc reuertentur filij* Iſrael, *& quærent* Dominum Deum *ſuum, &* Dauid *Regem ſuum.*

l *Ezech.* 33. v. 14.
m Idem 33. v. 25
n *Oſeas* 3. v. 5.

Adde, quod cum Angelus dixit regnum iſtud, atque ſolium Dauid Chriſto Domino dandum, inquiens. o *Et dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius*, videtur conuertiſſe oculos in ſummos Eccleſiæ Præſules vicarios Chriſti, quibus ex libera tantùm atque gratuita donatione obtingere poterat tale regnum: nam Chriſtus natura ſua huiuſmodi regni ſceptrum, iuraquè tenebat. Quæ etiam reſpexiſſe Pſalmographum apparet, cum dixit: p *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ.* Datur enim Chriſto, quod ſuum prorſus eſt, & verè datur; quia non tantum ſibi, ſed ſuis, vtique Vicarijs, adminiſtriſquè confertur, quibus non iure, ſed gratia conceditur, vt regnent ſub Chriſto.

Explicatur verbum Angeli, Lucæ 1.

o *Luc.* 1. 32.
p *Pſal.* 2. v. 8.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Oſtenditur 4. ex veteri teſtamento Eccleſiam vniuerſalem vniuerſali fultam Paſtore.

29 Oſtenditur pars affirmatiua ex eo quod Eccleſia dicitur Caſtrorum acies ordinata.

INVMBRATVM Denique eſt (vt alias prætercam vmbras) dogma iſtud encomio illo Canticorum, quo *Eccleſia* inſignitur, *a Caſtrorum acies ordinata*. Nulla enim benè ordinata caſtrorum acies eſſe poteſt, niſi ſub Imperatore, & duce totius vniuerſalis exercitus. Nam ſi pro debita ordinatione decem militum decurione opus eſt, & pro debita ordinatione decurionum centurione; & pro tribunorum duce; quanto magis pro ducum, ac denique pro bono, & optimo cunctorum militantium regimine, Imperatore opus erit?

a Cant. 6. 3. 9.

Si igitur in Eccleſia, tamquam in caſtrorum acie, opus eſt clericis propter laicos, presbyteris propter Diaconos, Epiſcopis propter presbyteros, Archiepiſcopis propter Epiſcopos, & Patriarchis propter Archiepiſcopos, vt cuique notum eſt: cur non etiam ſummo Sacerdote, *Eccleſiæ* vniuerſali præfecto propter vniuerſos Sacerdotes, atque Eccleſiaſticos, & propter Eccleſiaſticas ipſas; atque ſpiritales res.

Inde Diuus Ignatius Martyr ſanctiſsimus & antiquiſsimus: *b Principes obediant Cæſari, milites Principibus, Diaconi Presbyteris ſacrorum præfectis, Presbyteris diaconi, & reliquus Clerus vnà cum omni populo, & militibus, & Principibus, & Cæſare ipſi Epiſcopo; Epiſcopus Chriſto, ſicut Chriſtus Patri: & ita vnitas per omnia ſeruatur.*

b Epiſ. ad Philip.

30 Figuræ veteris teſtamẽtis propheticæ pro nouo.

Cùm igitur inumbrationes, ac figuræ veteris teſtamenti idem prorſus ſint, atque prophetiæ, enuntiationes, & promiſsiones, ſequitur, quod toties inumbrata vnius communis Præſulis in Eccleſia Catholica præfectura, ad exitum perducta ſit, & quod ab exordio extiterit, extetque in rerum natura, quamdiu extet mundus.

CAPVT SEXTVM.

Oſtenditur oraculis teſtamenti noui eſſe vniuerſalis Eccleſiæ vnicum Sacerdotem.

31 Quid ſibi velit deſcriptio à Cæſare Auguſto naſcente Chriſto.

EANDEM, Quam de fide ſententiam hactenus præmiſimus, iam noui teſtamenti oraculis opus eſt oſtendamus. Ex illis autem illud in primis expendendum eſt, quod luculenter ſatis expendit nobis Dionyſius Areopagita, *a* obſeruans deſcriptionem illam vniuerſi orbis factam à Cæſare Auguſto, ſecundo Romanorum Imperatore, anno 42, ſui Regni, atque in diebus illis quibus Chriſtus ex Virgine natus eſt: prout nobis recenſet Lucas. *b* Hanc igitur deſcriptionem portendiſſe natum eſſe illum per quem danda erat poteſtas vniuerſi orbis, vtique poteſtas ſpiritalis. Quare ſubiungit, quod in ſuſceptione baptiſmatis omnes dãt nomina, quia omnes tunc inſcribuntur, tamquam iam aſciti, & euecti (vt etiam Paulus dicit) *in partem ſortis ſanctorum in lumine*.

a *Lib. de Ecclesi. hierar. c. de Bapt.*

b *Lucæ 2. v. 1.*

c Collosſ. 1. 12.

Eſt ergo vnicus viſibilis, publicuſque in ſpiritalibus pro vniuerſo orbe Paſtor, & Præſul, cui ex diſpenſatione diuina omnes, qui baptiſmo initiantur, ſenſibiliter inſcribuntur: vt olim vniuerſus orbis vni Auguſto Cæſari inſcriptus proditur.

Secun-

d Ioan. 10. v. 16.

Oſtenditur ex Ioan. 10. pars affirmatiua quæſtionis.

32 Secundo loco illud oraculum Chriſti, tamquam rei deciſionem exactam excipiendum eſt. Habet enim: d *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Hic enim palam promittitur grex vnus, & paſtor vnus: & quidem viſibilis, atque patens grex, ſenſibilem Chriſti excipiens vocem, tamquam paſtoris proprij. Non enim de inuiſibili grege, voce, aut paſtore fit ſermo: quoniam inuiſibilium animorum cœtus in viſibili ductus & actus voce Dei, tamquam paſtoris ſummi, ſemper in orbe extitit, tàm apud Gentiũ fideles, quàm etiam apud Iudæos: nam idem Dominus omnium, vt Paulus ad Romanos ſcribit. e Qui etiam interrogando præmiſerat, & abſolutè reſponderat: f *An Iudæorum tantum Deus? nonne & Gentium? Imò & Gentium: quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem.*

e Rom. 10. v. 12.
f Rom. 3. v. 29.

Sermo ergo eſt de viſibili grege, voce, ac paſtore: & proinde de *Eccleſia* viſibili Chriſti, docta, & ducta ſenſibili voce eius, quam viuens apud homines edidit per ſeipſum, nunc autem cœlo regnans per Vicarios ſuos, qui paſtoris vniuerſi gregis funguntur officio, & quibus maximè congruit elogium illud Chriſti, g *Qui vos audit, me audit.*

g Lucæ 10. v. 16.
h Lib. Epiſt. 6. ad Magnum.

Notanda Cypriã doctrina.

33 Inde Cyprianus h Martyr ſanctiſſimus, & eloquentiſſimus pro conſtanti omnino ſupponens locum iſtum de vnitate ouilis, & paſtoris intelligendum eſſe, non tantum de Chriſto, ſed etiam de Vicarijs eius, qui ſuccedanea ordinatione toti Eccleſiæ præſident; coarguit acerrimè, atque efficaciter eneruauit conatus Nouatiani hæretici, qui adhuc Præſidente Cornelio voluit creari Pontifex. Auſum enim illius repreſſit per hoc quod iuxta decretum Domini Eccleſiæ vnicum tantum eſt ouile, vnicum paſtorem ſupremum in terris habens; & proinde quod ſuperſtite vno alius non poteſt creari.

CAPVT SEPTIMVM.

Oſtenditur tertio ex teſtamento nouo vniuerſalis Eccleſiæ vniuerſalis Præſul.

a Ad Colloſ. 1. 24
b 1. Corint. 12. v. 12.

34 *Oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis ex eo quod Eccleſia dicitur corpus Chriſti.*

TERTIVM Producamus ad rem iſtam elogium illud, quo Paulus Eccleſiam appellat *Corpus Chriſti*, dicens, a *Adimpleo ea, quæ deſunt Paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.* Et continuò adiungamus ei aliud eiuſdem Pauli dicentis: b *Sicut enim corpus vnum eſt, & multa habet membra, vnum tamen corpus ſunt; ita & Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus.*

Etenim in vtroque verbo aſſeruntur baptizati omnes *Corpus Chriſti.* Et mox ſubijcitur, hoc corpus ex varijs conſtare membris, vtique capite, pedibus, oculis, manibus, & ſimilibus, vt mutuo ſe adiuuent: quoniam caput eget opera pedum, & pedes opera capitis, & ſic de reliquis. Dicitur enim. c *Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij.* Explicans autem quid per caput, & pedes, quid per oculos etiam, & manus in corpore iſto Chriſti ſubintelligeretur, adiecit. d *Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro, & quoſdam quidem poſuit Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, &c.* Quibus planè tria nobis oſtendit. Primum eſt. Corpus Eccleſiæ adhuc prout conditum eſt à potiſſimo, ac præ-

c Vbi ſupra v. 20.
d Vbi ſupra v. 27. & 28.

Quodnā caput Eccleſiæ quodnā corpus?

præſtantiſsimo capite ſuo Chriſto, conſtare aliquo capite, quod munia capitis circa ipſum corpus exerceat: non quidem ſic supernè, atque independenter, vt Chriſtus, ſed potius dependenter ab alijs inferioribus membris, vtique oculis manibus ac pedibus eiuſdem corporis myſtici, quibus etiam conficitur, & componitur, & quibus omnino eget propter ſuas congruentes operas, etiam ab influxu capitis dependentes. Secundum eſt, caput iſtud Apoſtolicum, ac ſublime eſſe; reliqua verò membra, non ita; ſed Apoſtolicæ dignitati obſequentia, & miniſteria illi cum animi dimiſsione præſtantia. Tertium eſt, vniuerſalem Eccleſiam reſpectu Chriſti eſſe corpus, vtpotè conſtans omnibus ſuis partibus, quarum acceſsio, & connexio neceſſaria eſt ad veram rationem corporis, maximè rationalis & myſtici. Reſpectu verò Vicarij Chriſti, eſſe membrum de membro; hoc eſt, altera pars corporis, quæ vnita comparti emergit corpus, præciſa verò, ſiue condiſtincta; eſt quidem membrum de membro: hoc eſt inferius membrum ſuperiori ſubordinatum, non autem corpus. Quare acephala non corpora, ſed trunca dici ſolent.

Si igitur Eccleſia corpus Chriſti eſt, conſequens fit ex huiuſmodi teſtimonijs conſtare Apoſtolico capite, quod eam viſibiliter dirigat: non ſecus, ac manibus quibus operetur, oculis quibus videat, auribus quibus audiat, & pedibus quibus ſubſeruiat, ac imperata adimpleat.

Arguta & docta Dorothei doctrina.

36 Inde egregie multum D. Dorotheus: e *Qui gubernant ſunt caput; qui attendunt, & corrigunt ſunt oculi; qui ſermone iuuāt ſunt os & lingua; qui obediunt ſunt aures; qui operantur ſunt manus; pedes ſunt qui habent diaconias; vel miniſteria. Caput es? rege; oculus es? attende: os es? loquere ad vtilitatem; auris es? obtempera; manus es? operare; pes es? miniſtra. Vnuſquiſque miniſtrabit ad vſum corporis; ſecundum vires ſuas. Studendum eſt, vt inter nos coniuncti, & copulati ſimus: quanto enim magis inter nos copulati erimus, tantò magis cum Deo erimus.*

e *Lib. de non iudicandis proximo.*

Oſtenditur ex prædictis pars affirmatiua.

37 Igitur niſi auferre velimus vniuerſalem, patentem ac publicam gubernationem Eccleſiæ tollere, numquam poterimus viſibile aliquod, patens, ac publicum à Chriſti Eccleſia caput. Quia ſicut oculorum eſt attendere, aurium obtemperare, manuum operari, ac pedum inſeruire in corpore iſto: ita capitis eſt dirigere, gubernare, ac regere; & viſibilis, atque vniuerſalis tantùm capitis viſibiliter, ſenſibiliter, atque vniuerſaliter gubernare; vt Chriſtus dum in terris ageret, per ſe ipſum egit, & poſtea per Vicarios ſuos.

Scio hæreticis non defutura figmenta, ſophiſmata, & diuerticula, vt veritatem ſubtilitate fruſtentur. verùm neque ſol eſt conſpicuus fucco luminis oculis, neque ſapientia intrat in maleuolam animam; ſed ſatis eſt mūda mundis, ac pura puris proferre; nam alijs vel lumen ipſum quod in eis eſt, tenebræ fit. f

f *Luc. 11.*

CAPVT OCTAVVM:

Ratione oſtenditur eadem pars affirmatiua, vtique vniuerſalem Eccleſiam viſibilem vniuerſalem habere Paſtorem,

38 Vni corpori vnū reſpondet caput.

RATIONIBVS Etiam id ſatis præ ſe munire in promptu cuique eſt. Illa autem prior ſit: quod cum Eccleſia Catholica vna tātū ſit, viſibilis pariter & vniuerſalis (vt vidimus in tractatu de Eccleſia) vno tantùm debet viſibili pariter atque vniuerſali gaudere paſtore, dicente Cypriano de Chriſto authore Eccleſiæ: a *Vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram conſtruxit; & vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientem ſua authoritate diſpoſuit. Et iterum: Exordium ab vnitate proficiſcitur, dum à Chriſti Eccleſia monſtretur.*

a *Lib. 1. Epiſtola 3.*

Huius

Digitized by Google

Huius autem ratio eſt, quod vel natura magiſtra, vt plura reducantur ad vnum, & multa ſibi conſentiant, atque coaleſcant in vnum, vno vertice eiuſdem naturæ, ſiue vno capite, & fulcro eiuſdem ſpeciei opus habet: vt patet in decurione pro militibus decem, in Centurione pro centum, in tribunis pro ducibus, & Imperatore pro vniuerſo exercitu. Item in patreſamilias pro domeſticis, in Prætore pro ciuibus, in parocho pro alumnis, in Epiſcopo pro diœceſi, in Principe pro Regno. Similiter in fonte pro riuulis, in ſole pro radijs, in arbore pro ramis; ac tandem in capite pro varijs membris corporis. Vnde notauit Cyprianus *b* quod in tantum radij ſolis dicuntur vnum lumen, in quantum ab vno ſole manant: & multi riuuli dicuntur vna aqua inquātū ab vno fonte deriuantur; & multi rami vna arbor in quantum omnes ab vna radice prodeunt.

b Vbi ſupra.

39 Cypriani verba ſunt. *Eccleſia vna eſt, quæ in multitudinem latius in cremēto fœcunditatis extenditur; quomodo ſolis multi radij, ſed lumen vnum, & rami arboris multi, ſed arbor vna tenaci radice fundata: & cum de fonte vno plurimi riui defluunt; numeroſitas licet diffuſa videatur exūdantis copiæ largitate, vnitas tamen ſeruatur in origine: auelle radium ſolis à corpore, diuiſionem lucis vnitas non capit; ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum, præciſus areſcit. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa per orbem totum radios ſuos porrigit, vnum tamen lumen eſt quod vbique diffunditur, neque vnitas corporis ſeparatur; ramos ſuos in vniuerſam terram copia vbertatis extendit, profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput eſt, & vna origo, & vna mater fœcunditatis ſucceſſibus copioſa.*

Audiatur Cyprianus ad hæc.

40 Igitur ſicut in tantùm multæ parœciæ, v. g. vnam viſibilem conſtituunt Epiſcopalem diœceſim, quia vni viſibili cohærent, velut membra capiti, Diœceſano Epiſcopo; & multitudo Eccleſiarum Epiſcopalium viſibilium conficiunt vnam viſibilem Eccleſiam Metropolitanam, quia vni viſibili Metropolitano cohærent Archiepiſcopo: & denique multitudo harum, eatenus condunt vnam Patriarchalem Eccleſiam viſibilem quatenus vni ſubduntur viſibili Patriarchæ: conſequens eſt, quòd vniuerſæ totius orbis Eccleſiæ in tantum ſint vna viſibilis, & vniuerſalis Eccleſia Chriſti, in quantum vni viſibili, pariterque vniuerſali ſubjciuntur Paſtori: & proinde vnicum eſſe totius Eccleſiæ Prælatum, non ſecus, ac vnius parœciæ vnum parochum, vnius diœceſis, vnum Epiſcopum, vnius Prouinciæ vnicum Archiepiſcopum, & vnius nationis vnicum Patriarcham.

A ſimili parſaſſirmatiua concluditur & a paritate conſecutionis.

41 Nec valet dicere, quod vnitas Religionis, ac fidei faciat Eccleſiam vnam. Quoniam licet id requiratur, tamen non magis ſufficit ad vnitatem Eccleſiæ, quam ad vnitatem parœciæ, Diœceſis, vel Prouinciæ, quæ congregationes, ac cœtus cum ſint, eatenus habent vnitatem congregationis quatenus in ſe habet communionem capitis. Cum igitur Eccleſia ſit congregatio fidelium, ſequitur, quod vt ſit vna in ratione Eccleſiæ vni debet capiti cohærere.

Ad vnitatē Eccleſiæ nō ſat eſt vnitas Religionis.

Exemplo nobis ſunt Monachorum cœtus, qui eatenus vnicum conficiunt Conuentum, v. g. quatenus eidem præfecto eiuſdem domus ſubduntur: & eatenus vna Prouincialis, vel generalis Congregatio ſunt, quatenus vni Prouinciali vel generali capiti obediunt. Quare diuerſi Monachi, ac Fratres eandem omnino regulam, & ordinem profitentes, ſi tamen communi alicui non ſubjciuntur Præpoſito, Conuentum non conficiunt: plures etiam Conuentus commune aliquod non recognoſcentes caput, vnus cœtus non ſunt, nec congregatio vna, ſed plures. Si ergo vniuerſalis Eccleſia vna eſt, ſequitur, quod etiam eatenus ſit congregatio vna quatenus vnicum habet vniuerſale caput

CAPVT

CAPVT NONVM.

Eluitur cauillum contra præcedentem rationem.

41 Præter Chriſtũ in cœlis regnãtẽ indiget Eccleſia capite in terris agente.

PRæcedentis rationis vigori ſatisfacere ſe arbitrantur hæretici, ſi dicant vniuerſale caput vniuerſalis Eccleſiæ eſſe Chriſtum, vt potè caput conſtitutum à Deo ſupra omnem Eccleſiam: & proinde ab vnitate illius vnitatem Eccleſiæ reſultare. Verùm tamen effugium hoc nullius momenti eſt; quia licet verum ſit quod per ordinem ad hoc potiſsimum caput, quod eſt Chriſtus, potiſsimam vnitatem, ſicut & quidditatem accipiat Eccleſia: at non eam quam Chriſtus ipſe voluit, vt in hoc mundo haberet, vtique viſibilem ac perſpicuam; quam niſi à viſibili capite ſumi, & haberi non poteſt, magis quàm quantitatiuus effectus à re non quanta.

Qualevnitatis genus Chriſtus in Eccleſia conſtituit, & appetijt.

43 Pro quo notandum eſt, quod Chriſti conſilium non fuit facere Eccleſiam vnam, vtcũmque: hæc enim ab initio mundi (hoc eſt, ab Adam, & Eua, aut ſaltem ab Abel) præextiterat; ſiquidem omnes fideles cuiuſcumque ſtirpis eſſent ac ſortis, ac pro quouis tempore & loco, vnico ſe ſubdiderant inuiſibili capiti, nempe Deo: ſed voluit ex omni gente, tàm Ethnica, quàm Iudaica Eccleſiam viſibilem vnam toti orbi communem fabrefacere ſub vno Præfecto viſibili: veluti quondam ſub Aarone reliquiſque Sacerdotibus ſummis conſtruxit intra Iudaicum & Iſraeliticum populum veteris teſtamenti Eccleſiam. Cui ſanè viſibili capiti quoniam fideles Gentiles ſub eſſe non adſtrigebantur, neque tenebantur, ideò cum Iudæis vnicam non conficiebant Eccleſiam, neque ad idem pertinebant ouile, vt Chriſtus ipſe palàm aperuit cum dixit: *a Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili.* Vtique oues non circumciſionis, ſed præputij, non Iudaici, ſed Gentilis populi, fideles tamen legi naturali parentes, & Deo obſecundantes. Quare vt eandẽ iam omnes vniuerſalem viſibilem Eccleſiam compingerent, ſub vno fideles omnes compulit eſſe capite, vtique viſibili. Et ideò cum dixiſſet: *b Illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile*, immediatè ſubiecit, *& vnus Paſtor:* coniungens vnitatem Paſtoris cum vnitate ouilis, quaſi rationem eius.

a *Ioan.10.v.8.*

Vbi ſupra.

Aliter & aliter geſſit Chriſtus caput Eccleſiæ pro alio, & alio ſtatu.

44 Is autem paſtor ſemper idem Chriſtus eſt, qui factus angularis lapis vtrumque continet populum, & maceria dirupta in ſe condidit vtrumque parientem: aliter tamen, & aliter: nam quamdiu vixit in terris, non ſolùm ipſe, ſed per ſe ipſum capitis ac paſtoris viſibilis (de quo nobis ſermo) munus exercuit: Ex quo tamen migrauit in cœlum ipſe quidem, at non per ſe ipſum, ſed per Vicarios ſuos talia munia præſtat: ſicut antea in Iudaico populo præſtabat per ſummos Sacerdotes Dei, & nunc per Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos in Eccleſijs Patriarchalibus, Prouincialibus, & Epiſcopalibus.

CAPVT DECIMVM.

Iterum ratione oſtenditur neceſsitas vnius Paſtoris ad vniuerſalem Eccleſiam.

45 Eccleſiæ regimen nõ eſt democraticum.

ALTERA Iam ratio ſit, quam omnibus experimentum ſuppeditat, quod vbique gentium inuicta claua extat. Videmus enim, ſemperque viſum eſt, atque experimento comprobatum, vniuerſalẽ Eccleſiam non regi gubernatione democratica, hoc eſt, populari, cùm neque de iure, neque de facto aliquandò penes plebem fuerit authoritas

ritas ponendi, aut deponendi Prælatos, ordinandi miniſtros, dicendi iura Eccleſiæ, leges ferendi, aut ius ligandi, & ſoluendi in conſcientia animas: quæ tamen eſſentialia ſunt, & germana regimini Eccleſiæ.

Explicatur locus Actorū 6

a *Actor* 1.
b *Actor* 6.
c 1. *Cor*. 6. *v*. 15

46 Et licêt tota Eccleſia aliquãdo adſcita videatur à Petro, *a* ad electionẽ Mathiæ, *b* & ad Diaconorum electionem: re ipſa tamen, nec tota fuit adſcita: cùm tantùm centum viginti nomina ibi numerata fuerint, ex quingentis illis quibus Chriſtus dùm ſurrexit apparuit, vt ex Paulo habemus: *c* neque adſcita ad electionem leguntur per deciſiua ſuffragia, ſed ad ſummum per conſultiua, ſicuti neque ad ordinationem, vt conſtat ex illo propoſitionis verbo: *Cõſiderate viros boni teſtimonij: quos conſtituamus ſuper hoc opus*. Quod etiam ſeruatur hodie in miniſtrorum Eccleſiæ ordinationibus, ſiquidem illi tantùm ab Epiſcopis ordinantur, qui à populo & magiſtratibus approbati inueniuntur, ne poſtea populus recuſet vel recipere, vel honorare eos tamquam diſcolos. Quare in ordinationibus Diaconorum interrogat Epiſcopus Archidiaconum (ad quem ſpectat cleri, & populi ſuffragia quærere, & colligere in ordinandorum teſtimonium) quærit igitur: *Scis illos dignos eſſe?* Ad quæ reſpondet Archidiaconus. *Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcio, & teſtificor ipſos dignos eſſe ad ordinationem* Diaconos. Poſt quæ ſubdit Epiſcopus. *Siquis habet aliquid contra illos, pro Deo, & propter Deum cum fiducia exeat, & dicat.*

Primos diaconos elegerũt Apoſtoli; nõ particulares fideles cũ Apoſtolis.

d *Lib.* 3. *Epiſt.* 9.
e *Super Actor.* 6.
f *Ibidem.*
g *Lib.* 3. *Epiſ.* 10

47 Multitudini igitur Chriſtiani populi non miniſtrorum ordinatio, ſed approbatio demandata eſt: & proinde non plebs Chriſtiana, ſed Apoſtoli ordinationem illam perfecerunt, dicente Cypriano: *d Apoſtolos elegit Dominus: Apoſtoli autem ſibi conſtituerunt Diaconos*. Vtique quoniam illorum creatio Apoſtolicum dumtaxat cœtum concernebat; licet priuata ſua ſententia, & abſque conſilio multorum fratrum ad eam non procedere conſtituerunt. Imò ad ſolum Petrum huiuſmodi electionem de iure pertinuiſſe docet Chryſoſt, inquiens. *e Vide illum de communi ſententia facientem omnia, nihil cum athoritate, & poteſtate*. Et idem habet Theophilactus. *f* Quorum exemplum ſequutus Martyr Cyprianus dixit. *g Nihil inconſulto populo facere conſtitui*. At quoniam à populo conſilium, non verò decretum expectabat, ideò in populo nihil Eccleſiaſticæ poteſtatis auguratum eſt.

Longe à populo ſemper fuit authoritas Eccleſiaſtica.

48 Imò etiam ſi expetaret decretum, & plebis ſcitum, adhuc Eccleſiaſticam authoritatem in populo non agnouiſſet; quoniam populus non de iure, ſed de licentia, permiſſu, ac bene placito, Epiſcopi illud offerret. Nõ ſecus, atque ſi in electione Mathiæ vniuerſalis Eccleſia deciſiua ſuffragia præſtitiſſet, non propterea cum authoritate eligendi & creandi Epiſcopos cenſenda eſſet, quoniam ſuffragia illa ex Apoſtolica permiſſione dumtaxat; non verò ex ordinaria poteſtate tuliſſet, aut tulit. Nullus igitur ſcripturæ apex, aut iota eſt, quibus deferatur plebi authoritas eligendi Epiſcopos, presbyterosve ordinandi.

Eccleſiæ regimen nunquã ariſtocraticum.

h *Mat.* 18.

49 Videmus item, ſemperque viſum eſt Eccleſiæ gubernationem non eſſe Ariſtocraticam, hoc eſt optimatum regimem: quod certe locum nõ habet, niſi quando optimates conueniunt, & cœtus ſeniorum cogitur. Vnde Ariſtocratia definitur; Suprema regendi poteſtas in cœtu ſeniorum, Vt potè quod neutiquam ſingulos, etiam ſi præſtantes & optimos, ſed omnes ſimul concernit publica regendi hæc authoritas: vt patet in Senatibus Regijs, atque in comitijs Prouinciarum Ordinum, & Regnorum. Quis autem Concilijs tantùm Eccleſiæ regimen alligauit? Aut non niſi à Concilijs Eccleſiam regendam dixit? Alias neque Apoſtoli ipſi, niſi de licencia Concilij poſſent ſoluendi, & ligandi facultatem in populos exercere, quam acceperunt à Chriſto: *h* cùm tamen, non tantùm ipſi, verùm & illorum ſuceſſores Epiſcopi, Presbyteri, ac ſimiles clauium ſuarum authoritate independenter ab omni generali Concilio vſi ſunt: ſiquidem trecentis illis, ac fermè quatuorcentis prioribus Eccleſiæ annis nullum generale Concilium celebratum vidẽmus.

Digitized by Google

Nonfuit neque eſſe poteſt ariſtocraticum regimen expediens Eccleſiæ

50 Si autem per tot ſecula Eccleſia cœtus Conciliorum non habuit, non vidit, non nouit, conſequens eſt, vt à Concilijs ſuam vniuerſalem gubernationem neutiquam expectaret, nec ſui generalis regiminis authoritatem penes ſeniorum cœtum duntaxat crederet reſidere.

Eo quidem, vel maximè quod cum generalia Concilia ægrè ad modum atque difficulter cogantur, ardua nimis atque difficillima eſſet illius gubernatio, & quidem adeò operoſa, vel potius inacceſſa, atque operoſum, & inacceſſum eſt ab Eccleſia longe, latèque per orbem diffuſa ſummos quoſque viros colligere, & ad vnum locum tranſuehere. Quis autem tam præruptũ & durum gubernandi modum dicet ſuaui prouidentiæ Dei, eiuſque diſpoſitioni efficaci conſentaneum, aut dignum? Maximè pro bono, & optimo Eccleſiæ, quàm ipſe cruore proprio, & ſanguine acquiſiuit?

Ariſtocraticũ regimen iniquum Eccleſiæ

51 Adde, quod non tantùm durum & arduum, verùm & inquum eſſet in vniuerſali Eccleſia hoc tantùm genus regiminis: eo quod experientia magiſtra (cui refragatur nemo) proceres, & optimates nulli ſuperiori parentes factionum, atque diſſenſionũ fontes ſæpè atque ſcaturigenes ſunt. Familiare ſiquidem illorum ſuperciliũ eſt in inuicem de primatu contendere, & ad ſui animi ſententiam cæteros velle perducere, vel potius pertrahere. Vnde non ab infima plebe, ſed à ſumis Eccleſiarum viris, vtique Epiſcopis, Presbyteris, Monachis, ac ſimilibus (diſcolis tamen, ac filijs Belial) hæreſum ſentinæ erupſerunt. Vt ergo primates ac proceres non ſic proiectè, ac temerè dilabantur in vniuerſalis Eccleſiæ euidentiſsimum præiudicium, conueniens omnino erit, vt aliquem reuereantur Præpoſitum, qui poſsit illos corripere, punire, & in officio tenere.

Generalia Conciliamagno vſui ſunt: at debent agnoſcere caput.

52 Fateor, profiteorque Concilia magno in Eccleſia Catholica vſui ſemper fuiſſe, ac eſſe: prout in tractatu de Concilijs lato calamo ſcripſi: vtpotè confutandis erroribus, frangendis, atque ſuperandis Religionis hoſtibus, extricandiſque abditiſsimis ſacrarum literarum dogmatibus; moribuſque fidelium ad normam fidei formandis, & componendis inuenta, ordinata, & producta. At niſi ſupremum aliquod in vniuerſali Eccleſia viſibile numen emineat, cui demandata ſit cura indicendi Concilia pro temporum, ac locorum neceſsitate, & opportunitate, & cum authoritate plenaria cogendi quos ſatius duxerit, illoſque in diſtinata loca quantumuis diſsita tranſmittẽdi, & ſic in vnum collectis diſcutiendorum materiam deſignare, & iam à Cõcilio diſcuſſa, decretave pondere authoritatis munire, ac confirmare: aut numquam Concilia erunt, aut fruſtra, & in caſſum fient; vel potius in ſcandalum: quoniam aliter cepta, finitave Concilia non ſemel erroribus multis ſeſe implicuerunt: vt in tractatu de Concilijs vidimus. Quantacumque ergo authoritas in Concilijs vigeat, adhuc vnius ſupremi moderatoris poteſtas deſideratur: & proindè Eccleſiæ regimen ariſtocraticum ſiue ariſtocratia non eſt.

Si igitur Eccleſia non regitur democratica gubernatione, quæ plebis ſcito exercetur; neque ariſtocratia, quæ optimatum conſenſu omnia moderatur; ſequitur, quod Monarchicè gubernetur, hoc eſt, directione & ductu vnius ſupremi capitis, cui obediant omnes, ſubmittant colla, & genua figant, vt figo, atque pedes Pontificis oſculis ego proſequor.

CAPVT VNDECIMVM.

Tertiò oſtenditur idem ratione.

53

Ratione oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis.

TERTIA Tandem, & vltima ratio nobis à ſimili ſatis appoſitè, & opportunè ſit. Etenim citra controuerſiam eſt, quod vnus in quacumque parœcia præficitur Parochus, & in quauis Diœceſi Epiſcopus, & in quauis Prouincia Archiepiſcopus, atque inquauis natione Patriarcha: vt ſic parœciarũ, Diœceſum, Prouinciarum, atque natio-

nationum bono,& æquo,tàm in rebus fidei,quàm morum, quæſtionum, & controuerſiarum melius conſulatur,& inuigiletur. Vt igitur vniuerſalis Eccleſiæ indemnitati, integritati,puritati,& vtilitati,& propagationi inuigiletur,cur vniuerſalis aliquis Præfectus non aſsignabitur? penes quem horum,ac ſimilium onus incumbat.

Sanè ſi decertantibus diuerſis parœcijs,Epiſcopo vno,qui litem dirimat, opus eſt:itē ſi cōtentioſe agentes inter ſe diœceſes Metropolitano indigēt, qui eas conciliet:&diſsidentibus diſtinctis Prouincijs vnius Patriarchæ iudicium præſto eſt:neſcio quis tam impos mentis,vt vel ad inuicem dimicātes nationes,& Patriarchatus,vel minus aptê defide,ac religione ſentientes,Præpoſito non indigeant;qui eas ſatim ſapere faciat, & ad bonam frugem,etiam coactione reducat.

54 Præterquam quòd ſicut in parœcijs,diœceſibus,Prouincijs,atque nationibus multa alia præter relata ſunt,ob quæ præfecturæ prædictæ expediunt omnino:ſic in Eccleſia vniuerſali propter cōcordiæ pacis,communiſque tranquilitatis bonum ipſius propagandæ fidei per totum orbē expanſio,vniuerſalem,qui de communi bono ſit anxius,requirit. Quare idem eſt vniuerſali totius Eccleſiæ Paſtori inſidiari,atque communi fidelium Chriſtianorum bono inuidere. Pontifices hoſtes ſunt inimici Eccleſiæ.

CAPVT DVODECIMVM.

Reſpondetur primo argumento 1. cap.& oſtenditur regimen vnius,id eſt,monarchicum regimen cæteris eſſe facilius, & fœlicius.

ARGVMENTIS In contrarium inductis è veſtigio reſpondendum eſt.Et in primis ad primū,R.quod ſi in aliquo obtineret,proinde probaret Monarchiam inter homines impoſsibilem prorſus,atque chimæricam eſſe, contra omnium laudatiſsimorum virorum,cuiuſcumque æui ſuffragia,quibus Monarchium regimen miris encomijs celebrarunt, ac cæteris prætulerunt,aſſerentes eam optimê conſtitutam rem publicam,quæ ab vno Principe adminiſtratur:prout latè videre liquet apud Bellarminium,[a] & Coccium [b] eruditiſsimos, & acerrimos diuinæ cauſæ patronos.

55 Sanè(vt àb extraneis primum, hiſque probatiſsimis authoribus ordiar)Homerus ante Chriſtum natum anno 900. ſic cecinit.[c] Probat Homerus Monarchiā.

Non multos regnare bonum:Rex vnicus eſto
Vnius Imperium,cui Iupiter aurea magnus
Sceptra dedit,iuſsitque ſuis dare iura tuendis.

Herodotus ante Chriſtum anno 450. [d] *Propoſitis tribus ſtatibus, & his omnibus optimis,vt optimè imperet populus,optimè pauci, optimè vnus:inter hæc multum antecellere vnius* Imperium *ſentio.*

Euripides ante Chriſtum anno 430.[e]

Numquam gemina laudauero mortalium cubilia,
Neque enim in ciuitatibus gemina dominia,
Leuius & commodius vno ferri ſolent,
Vnius potentia valet.

56 Iſocrates ante Chriſtum anno 400.[f] *Monarchiæ principem locum præſtantiſsimi quique deferunt.* Probat eandem Iſocrates

Plato

a Lib. 1. de Rom. Pontifice cap. 2.
b Tom. 1. lib. 7. de Eccleſiaſt. Hierarch. art. 2.
c Iliad. 2.
d Lib. 3.
e In Andromach. actione 2.
f In Nicocle.

Digitized by Google

Plato ante Chriſtum anno 390. g *Vnius dominatio bonis inſtructa legibus om-*
nium optima eſt.

g *In poſytico vl-*
tra medium.

Demoſthenes ante Chriſtum anno 350. h *Quod is vnus omnia, & arcana mo*
deratur, ac ſimul & dux eſt. ac Dominus, & Quæſtor, multum valet.

h *Olympiaca 2.*
de Philippo.

Ariſtoteles ante Chriſtum anno 350. i *Multorum principatus, ac dominatus*
non eſt vtilis. Vnus ergo ſit Princeps.

i *Lib. 12. Philoſo*
phiæ.

Probat Monarchiã Sirinus.

57 Sirinus apud Stobæum; k *Cum Lydis Creſſus imperaret, fratrem in conſor-*
tium Imperij aſſumpſit. Tunc quidam ex Lydis accedens dixit: omnium in terra bonorũ,
ò Rex, author eſt ſol, neque quicquam extaret in terrà ſole non illuſtrante. At ſi gemi-
ni ſoles fierent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia in peſſum irent: ita & Re
gem vnũ accipiunt Lydi, & ſeruatorẽ eſſe credũt: duos verò ſimul tollerare non poſſant.

k *Sermone de Mo*
narchia.

Probant Seneca & Lucanus.

58 Seneca poſt Chriſtum anno 50. l *Optimus ciuitatis ſtatus ſub Rege iuſto.*
Lucanus poſt Chriſtum anno 70. m

l *Lib. 2. de benef.*
cap. 20.

m *Lib. 1.*

O male concordes, nimiaque cupidine cæci,
Quid miſcere iuuat vires, orbemque tenere
in medio?
Nulla fides Regni ſocijs, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit,
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Probat Plutarchos Monarchiã.

59 Plutarchus poſt Chriſtum anno 90. n *Si optio eligendi fuerit, non aliud eli-*
gat quàm vnius poteſtatem. Dionyſ. Caſsius Nicenus poſt Chriſtum anno 230. o
Dimocratia, id eſt, populi in republica principatus, nomen ſpecioſum habet, videturque
ex legum æqualitate, non plus vni, quàm alteri tribuere. Verum ipſa re comprobatur ni-
hil ei cum ſua appellatione conuenire. Cæterum Monarchiæ nomen auditu eſt diffici-
le; tamen penes vnum hominem ſummam eſſe reipublicæ, cõducibile omnium maxime eſt.
Facilius enim vnuſquiſpiam vir bonus, quàm multi reperiuntur. At ſi hunc inuenire dif
ficulter quidem exiſtimant, omnino fateri illi coguntur impoſsibile eſſe, vt multi boni
inueniantur. Quo fit vt ſi quis ſummæ rerum vitioſus præeſt, tamen ſatius id ſit quàm à
ſui ſimilium multitudine rempublicam adminiſtrari.

n *De tribus ge-*
neribus reipubli-
cæ.

o *Lib. 44. Romã*
næ hiſtoriæ.

Probant eandem Iuſtinus, Euſeb. atque Athan. & Chriſ.

60 Deinde, vt ex noſtris aliqua patrocinia inferamus, audiendus eſt Iuſti
nus Martyr eruditiſsimus inquiens: p *Monarchia, ſiue vnius Imperium, paccatũ*
eſſe conſueuit: regimen verò multorum non bonum, ſed bellorum ſeminarium.

p *Oratione ad gẽ*
tes.

Euſebius Cæſarien. q *Monarchia certè omnes alias rerum publicarum ſpecies, &*
adminiſtrationis modos longè ſuperat.

q De *laudibus*
Conſtantini.

Athanaſius: r *Rerũ omniũ conſentiẽs harmonia nõ multos, ſed vnũ ſibi ducẽ Princi*
pẽq; eſſe declarat. Non enim ſi plures natura eſſent rerum Principes, *ſeruaretur eiuſmo*
di vniuerſitatis ordo, ſed omnia cõfuſa, & inordinata forẽt. Vt enim multitudo numinũ
nullitas eſt numinum, ita multitudo Principis *efficit, vt nullũ eſſe* Principem *videatur.*

r *Oratione cõtrà*
Idola.

Chryſoſtomus s totus eſt in proſequendo rempublicam benè diſpoſitam
vnicũ neceſſario habiturã moderatorẽ, non ſecus ac bonã Vxor virũ vnum;
cui ſubſcribunt Theodoretus inquiens: t *Vnius* Principis *poteſtatem, velut rem*
optimã laudamus: Et Euthymius dicens: v *Quod* Imperio *caret confuſio eſt. Quod*
multorum regitur Imperio, *ſeditioſum. Nobis illa ſententia comprobatur* Imperio *ac*
principatu cuncta regi. Hæc Græci Patris.

s *Hom. 34. in 1.*
Corint.

t *5. 3. de Ange*
lis.

v *In panoplia tit.*
1.

Probant Monarchiã Cyprianus Hier. & D. Tho.

61 Ex Latinis Cypr. ſcripſit: x *Vnquã Regni ſocietas, aut cum fide cœpit, aut ſine*
cruore exijt. Hieron. y *Imperator vnus, & iudex vnus, in naue gubernator vnus, in*
domo vnus Dominus, in quouis grandi exercitu vnius ſignum expectatur. Viue ſub
vnius diſciplina.

x *Lib. de Idolo-*
rum vanitate.

y Epiſt. 4. c. 6.

Sanctus Thom. z *Optima eſt gubernatio, quæ fit per vnũ: quia gubernatio eſt di-*
rectio ad finẽ, vnitas autẽ pertinet ad rationẽ bonitatis: nã ſicut omnia deſiderãt bonita
tẽ ita, & vnitatẽ, ſine qua eſſe non poſſunt, quia vnũquodq; in tantum eſt, in quantum eſt
vnum. Vnde videmus quod repugnant ſuæ diuiſioni omnia quantum poſſunt.

z 1. p. q. 53. art.
5.

o Probat Deus regimẽ Monarchicum.

62 Et non tantùm profani, & ſacri ſcriptores, verũ, & Deus ipſe huius

 exiſti-

exiſtimationis, non pauca ſpecimina dedit; dùm ab initio orbis vnum vniuerſi huius Principẽ condidit, vtique Adamum: & cum in terris duo tantùm agerent homines Adam, & Eua, hanc parere iuſsit, illũ præeſſe, dicens: *a Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Hinc Theophilus Antiochenus: *b Euā ex coſta compegit, & duos fecit ambos: ſimul per hæc quaſi in myſterio ſuam Monarchiam, ſiue vnitatem demoſtrare voluit.* Hæc in prima rerum conditione. In reparatione autem *c Romanũ Regnum* (inquit Leo I.) *diuina prouidentia præparauit: cuius ad eos limites incrementa perducta ſunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contingua eſſet vniuerſitas. Diſpoſitio namque diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno confœderarentur Imperio, & cito peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis.*

a Gen. 3. 16.
b L. 2. ad Autolycum.
c Serm. 1. in Nat. Apoſt. P. & P. cap. 2.

63 Et ſanè quid non probabunt probati, laudatique Philoſophi, Theologi ſummi, ac ſancti? cum videant tàm in terreſtribus, quàm in cœleſtibus etiam crebra, præter numerata, exẽpla Monarchiæ. In homine enim (quem microſcomon, ideſt mundum paruum appellant) omnia corporis membra ad vnum capitis imperium reguntur: ſingulæ familiæ ſuos dominos, ſingulæ reſpublicæ ſuos Reges, ac ſingulæ diœceſes ſuos habent Epiſcopos. Stellas omnes, lunam pariter, atque ſolem, primum illud quod mobile vocant ſuo curſu trahit. Inter tot Angelorum millia ſinguli ſuos ordines, & ſinguli ordines ſuos Principes habent. Ac tandem omnia cœleſtia, & terreſtria ad vnum in cœlis Principem, ac dominum reuocantur.

Regimẽ Monarchichũ neceſſariò cæteris præferendum.

64 Imò inter homines ipſos perpetuò Monarchia viguit, vtique ab Adam (qui fuit primum humani generis caput) vſque ad Seth, qui fuit ſuo modo ſecundum; & ab iſto vſque ad Enos, qui fuit tertium; & ab eo vſque ad Cainam, qui fuit quartum: & ab iſto vſque ad Malaleel, qui fuit quintum; poſtquem Iaret qui fuit ſextum; Mathuſalem, qui fuit ſeptimum; Noe, qui fuit octauũ; & Sem, qui fuit nouenum; Abraham, qui fuit decimum; Iſaac, qui fuit vndecimum; Iacob, qui fuit decimumſecundum: & ſic de reliquis vſque in præſens, prout videre licet in Coccio, d Ganebrardo, e Gualtero, Gordono, & alijs.

Ab orbe condito viguit Monarchia.

d Tit. 1. Theſ. lib. 7. de Hierarch.
e Geneb & alij in chronologijs.

65 Ratio demum ipſa pro iſta ſententia ſtat, deſumpta vtique ex eo, quod vt commune ac latè patens bonum longè eximius atque præſtãtius eſt, quã ſingulare & priuatum, minuſque diffuſum: ſic Princeps inuigilans illi, longè præſtantior & conducibilior eſt eo, qui tantum inuigilat iſti. Sicut quoniam obiectum intellectiuæ potentiæ abſtractius & auguſtius eſt, quàm obiectum volitiuæ, conſtituunt Philoſophi omnes cum Ariſtotele, & Theologi cum Diuo Thoma intellectum longo interuallo præcellere voluntatem.

Ratione oſtenditur præſtãt Monarchiæ.

Si igitur vniuerſali bono inſudans optimus inter Præfectos, & Principes eſt: cur vniuerſali denegabitur Eccleſiæ Chriſti? Numquid regiminis optimi (adhuc ex his, quæ natura duce cognoſcimus) indigna eſt? Aut ſi non indigna, cur indiga erit? Numquid qui condidit illam Chriſtus Dominus tantùm illi bonum inuidit? Apage blaſphemias iſtas.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Hæreticorum cauilla, & ſolutiones ad verſus doctrinam capitis præcedentis.

66 TELLIS irrefragabilibus capitis præcedentis obijciũt hæretici inſufficientiam vnius puri hominis ad tantùm, tamque latè patens munus ſubeundum: dicentes rationem Monarchiæ congruentem quidem eſſe pro aliqua ſpeciali Prouincia, ſecus verò pro omnibus, quia nullus creari poteſt ad tam vniuerſalem arenam athleta ſufficiens.

Arguitur primò cõtra præſtantiam Monarchiæ & reſp.

Sed vellẽ ego illos pri' interrogare: an bonus, atq; eximius Princeps debeat

Digitized by Google

Nullus hominũ ſine admi ſtris valet vnius ciuitatis bono inſeruire?

per ſe ipſum omnia, quæ ſui regiminis ſunt, exequi, & præſtare? an ſufficiat ei, vt miniſtris idoneis à ſabre, & ex compoſito aſſumptis in partem curarum; nec ne? Si dixerint primum, iam non tantùm vniuerſali Eccleſiæ vniuerſalem, qui ſufficiens ſit, denegabunt paſtorem: verùm & omni regno Regem, & omni reipublicæ magiſtratum, & omni familiæ Præfectum. Quoniã quis (quæſo) tam vaſto corpore, tam valido ſpiritu, tam vegetis membris, & neruis, tam ſolers animo, tam induſtrius officio, atq; Gigas deſignari poteſt, vel concipi mente, qui vel vnius ciuitatis quæcunque poſsit ſtrenuæ gubernationis per ſe ipſum exequi munia? Indiget ergo adminiſtris, & opitulatoribus, quibus ſanè abundant omnes, qui publicos magiſtratus exercent: ne velut Martha ſatagens turbentur erga plurima, & ſic Deum ipſum inclament. Domine non eſt tibi curæ, quod fratres mei reliquerũt me ſolum miniſtrare?

Miniſtri neceſſarij ſunt omnib⁹ magiſtratibus.

68 Si autem ſecundum dixerint, iam bene ſe res habebit, atque in pace erunt omnia: ſiquidem pro mole oneris poterit vniuerſorum paſtor operarios deligere, qui ſubeundo oneri pares fiant: vt Reges, Principes, ac omnes magiſtratus eligent; & vel ipſe Moyſes eligit ſic à ſocero ſuo Iethro admotinus, & inſtimulatus: a *Stulto labore conſumeris tu, & populus tuus, qui tecum eſt. Vltra vires tuas eſt negotium: ſolus illud ſuſtinere non poteris: ſed audi verba mea & conſilia mea, & erit Dominus tecum. Eſto tu in populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ Dominus ad eum; oſtendaſque populo cæremonias, & ritum colendi, viamque per quam ingredi debent. Provide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas: & qui oderint auaritiam, & conſtitues ex eis tribunos, & Centuriones quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum omni tempore.* a Exodi 18. 13.

Quæ miniſtrorũ ſatellitio ferunturfacillimê adminiſtrãtur.

99 Sanè hoc regendi ordine omnia faciliter, fœliciterque geruntur, b Epiſt. 1. dicentibus Bonifacio II. b & Gregorio Magno: c *Ad hoc diuinæ diſpenſationis* c Lib. 4. reg. *prouiſio gradus diuerſos & ordines conſtituit, vt vna concordia fieret ex diuerſitate* dict. 3. Epiſt. 52. *connexio, & rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum. Neque enim vniuerſitas poterat alia ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eam differentiæ ordo ſeruaret.* Vtique quatenus in republica diuerſi propter diuerſa magiſtratus creantur, qui ſupremo, tamquam membra propria Domino famulentur. Quare mox ſubditur: *Tunc vnumquodque ſalubriter impletur officium; cum fuerit vnus ad quem poſsit recurri Præpoſitus.* Nimirum, vt omnia vnius arbitrio adminiſtrentur, & quaſi ab vno tantùm præfecto abſoluantur, cum tamen à multis coadiuuetur.

Arguitur 2. cõtra præſtantiam

70 Aliud hæretici ipſi cauillum obtundunt, obiicientes, quod in ſecularibus, & politicis nullus vnquam Monarcha inuentus eſt. Verùm tamen præter quam quod in hoc apartê falſi ſunt, vt ſaltem patet in illis, quæ de Adamo ſcripta ſunt, & nos capite præcedenti notauimus: adhuc eit diſpar ratio in ſpiritalibus, & Eccleſiaſticis, in quibus totius orbis regna familiæ, ac domus ſunt vnicum Regnum, vna familia, ac domus, vtpotè vna Eccleſia, quæ eſt vna Congregatio fidelium. At in ſecularibus, politiciſque non ita, ſed ſunt plures domus, plures familiæ, & quàm plura Regna, diuerſis ad modum conſtituta legibus, ritibus, moribus, ac decretis: & proinde non tam omnibus vnus, quàm plures expediunt Domini, quandiu non fuerit in orbe ouile vnum, & vnus paſtor.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Reſpondetur ſecundo argumento primi capitis. Et oſtenditur cur præter Chriſtum ipſum aliquo ſupremo Paſtore opus ſit in Eccleſia.

71 SATIS ſuperque de materia ſecundi argumenti à nobis diſceptatum eſt, capite quarto ad calcem rationis primæ. Nihilominus aliqua hic ſubijcienda ſunt propter maiorem veritatis confirmationem. Sane cum Eccleſia militans more hominum regenda ſit, vtique viſibilibus externis & quæ ad ſenſum pateãt inſtitutis, vt ſic per ſenſus ad intellectum perducantur: ſenſibilibus etiam indiget adminiſtris, qui ſenſibilia inſtituta ſenſibili modo proponant. Et ita Chriſtus ipſe dum viueret ſenſibili & viſibili gubernatione Eccleſiam ſuam moderatus eſt. Quare illo in cœlum ſublato, conſpicuum aliquem ac publicum moderatorem oportuit, vt in Eccleſia præficeret; non ſecus, ac præfecit Epiſcopos, alioſque paſtores & Doctores, quantumcumque Chriſtus Paſtor & Doctor ſit, atque animarum Epiſcopus: vt dixit aliquando Petrus.

Eccleſia militãs, vtpotè hominũ, more hominũ regenda.

1. Petri 2. 25.

72 Neque obſtat, quod vnius corporis vnicum tantùm debeat eſſe caput. Quoniam Vicarius Chriſti non ponit in numero cum capite Chriſto: magis quàm Prorex cum Rege, & miniſteriale caput cum principali. Chriſtus autem proprium ac principale Eccleſiæ ſuapte natura caput eſt: vtpotè ſe ipſo, ac per ſe ipſum, hoc eſt ſuo nomine ac robore illi præſidens: Vicarius verò Chriſti eſt caput miniſteriale & inſtrumentale, quod authoritate Chriſti vices illius gerit. Vnde appellatur Chriſtus *a Princeps Paſtorum*, quia ſolus ipſe ſua prenatura, atque per ſe ipſum regnans, alijs vt regant authoritatem tribuit: more vtique Regum, qui quotidie impertiuntur regendi poteſtatem Proregibus, aliiſque quibus curam ſuorum regnorum iniungunt; nec propterea plura cenſentur in eodem regni capita, ſed vnicum potius, quod eſt ipſe idem Rex qui ſolus vt principalis, reliqui vt miniſteriales dominationem gerunt.

Chriſtus & Pontifex non ſunt duo capita.

a 1. Petri 5. n. 4.

73 Nec propterea Chriſti Vicarius exuet capitis Eccleſiæ nomen: quoniam licet miniſteriale, attamen caput eius eſt, & verè caput. Veluti etiam Reges, quantumcumque Regis ſupremi (vtique Dei) qui Rex Regum eſt, conſtituantur miniſtri, locum Dei in multis tenentes: attamen ſuorum Regnorum verè capita ſunt. Vnde Samuel ad Saulem: *b Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?*

Romanus Pontifex caput miniſteriale reſpectu Chriſti.

b 1. Reg. 1. v. 17

Itaque nihil abſurdi eſt vni corpori myxtico, ſiue ſpirituali, ſiue politico plura materialia capita certo inter ſe ordine copulata tribuere. Qualiter Moyſes *c* nominauit capita exercitus Iſrael: Et alibi dicitur: *d Iubentur venire ad tubæ ſonitum capita multitudinis Iſrael*: cùm tamen vnicum tantùm eſſet principale caput illorum, nimirum Deus, & miniſteriale potiſſimum Moyſes.

c Num. 1. v. 16. 17. & 20.

d Num. 10. v. 4.

(2.)

CAPVT

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Reſpondetur tertio argumento primi capitis; & oſtenditur, quod præter ſummum Eccleſiæ Principem, ſint etiam intra eandem Eccleſiam alij verè Principes, non tamen ſummi, ſed ſummo illi ſubordinati.

Eccleſiæ regimen non purè Monarchicum.

ARGVMENTI Tertij vis irrefragabilis eſſet, ſi nos Eccleſiæ regimen pure Monarchicum, ſeu ſimplicem Monarchiam aſsignaremus. Quoniam Monarchia ſimplex vnicum verè Dominum (qualis eſt Deus in orbe, Chriſtus in Eccleſia, & paterfamilias in domo) non autem plures admittit: ſed omnes, qui gubernacula poſſident, non aliter, neque alio iure quam pro voluntate Monarchæ occupant illa; veluti Reges regna pro loco & tempore, quod Deo viſum fuerit, Pontifices, ac Prælati Eccleſiæ Sacerdotia, ordinationes, atque inſtitutiones Eccleſiſticas quando, & quomodò Chriſtus voluerit; ac veluti ſerui miniſteria domus ad votum & ad nutum Domini.

In Eccleſia ſunt alij à ſummo Præſule veri Præſules & non tãtùm vicarij.

75 At quoniam licet Monarchiam in gubernatione Eccleſiæ planè induxerimus; quia tamen Monarchiam ſimplicem neutiquam nominauimus, ideò conſequutio argumenti irrita eſt. Quoniam cum regiminis forma verè Monarchica ſtare poteſt mixtio, & temperatura quædam ariſtocratiæ, ac democratiæ, vt verè in Eccleſia eſtat. Quia non tantùm vnicum (cui omnes parere coguntur) Prælatum habet, verùm & plures alios, qui Prælati vniuerſalis & ſummi Præſides, aut Vicarij non ſunt, ſed verè Principes, & Paſtores, ac diuino iure moderatores particularium Eccleſiarum Diœceſum, ac Prouinciarum. Non ſecus atque in Hiſpaniæ Regno ſunt proceres, & optimates quàm plures, qui populorum multorum veri Principes, ac Domini ſunt; licet vni omnes, tamquam ſupremo domino, Regi deferant. Conſtat autem aliquid Ariſtocratiæ illam gubernationem habere, quæ optimatum dominationem imbibit. Quare Hiſpaniarum Monarchia ſimplex non eſt; ſed ariſtocratiæ immixta.

Gregorius Magnus cur à ſe repulit vniuerſalis Epiſcopi nomẽ.

76 Inde factum eſt, vt Gregorius Magnus repulerit vniuerſalis Epiſcopi nomen: quoniam per vniuerſalem intellexit illum, qui ſolus; ac nemo alius intra Eccleſiæ ambitum præeſt: vt patet in allegata pro tertio iſto argumento Epiſtola. Et ita Gregorij verba prorſus à nobis ſunt, non verò contra nos. Et licèt D. Thomas a dixerit, quod Papa habet plenitudinem poteſtatis Pontificalis, ſicut Rex in regno: & quod Epiſcopi aſſumuntur in partem ſolicitudinis quaſi iudices ſingulis ciuitatibus præpoſiti; non propterea intelligit non eſſe Paſtores legitimos, proprioſque ouium ſuarum, ſed eſſe membra ſubordinata capiti in bonum totius Eccleſiæ.

a 22. q. 89. *art. 9. ad 3. & 3. p. q. 72. art. 11. ad 1.*

Principes Eccleſiæ nõ iure ſãguinis eliguntur.

77 Item quos vniuerſalis Eccleſia in Principes prouinciarum deſumit, non hæreditaria ſucceſsione, aut iure ſanguinis recipit, veluti reſpublica Hiſpaniæ priuatos ſuos recipit Principes, vtique filios, & hæredes in locum patris, vel patrui Principis iam demortui: ſed ex omni plebe (habito

optimorum delectu, atque ex præuia inquiſitione) colligit. Quod etiam pertinet ad democraticam politiam. Hæc autem ita vſu euenire, atque in praxi ſemper eſſe, aut fuiſſe compertum eſt. Quare probatione non indigent.

78 Et quidem vt bono & æquo conſuleretur Eccleſiæ, ita regimine eius temperata ſunt, vt mixtione iſta obtineatur quidquid boni & optimi in qualibet gubernationum illarum, & moderatione inuenitur; vtique vnius ſummi Prælati euectio, per quem omnia ad vnum rediguntur, & fiunt vnum ouile, & vnus Paſtor. Item optimatum induſtria ad regendam Chriſti Eccleſiam, non tamquam alienum, ſed tanquam proprium fundus & populum; atque ad ferendam opem vniuerſali capiti, quod per ſe ipſum omnia commodè exequi non poteſt, vtpotè, quod neque vbique poteſt eſſe præſens, neque vniuerſorum commodis immediatè inſeruire. Demum vniuerſi populi, atque multitudinis ſubminiſtratio ad optimos quoſque ac præſtantes ex tanta ſuppellectile viros eligendos, qui pro meritorum cumulo culmina teneant: vt etiam ipſi pro meritis omnia diiudicent, diſtribuant præmia, ordinationes, ac beneficiorum iſtitutiones faciant, & collationes, nullo ad ſecularia profana (quæ ſcurrilia prorſus & ludrica intra Eccleſiam ſunt) habitu reſpectu.

In Monarchia mixta omnis boni regiminis ratio reſplẽdet.

79 Nec propterea præſtat ſemper, & vbique hoc regimen, ſic temperatum & mixtum, Monarchiæ ſimplici: ſed potius ex natura rei hæc præponitur illi, vt maior vnitas minori, & multitudo ad maiorem, quam ad minorem vnitatẽ redacta. Ex accidenti autem, vtique ex corruptione & imperfectione naturæ, quam homines pro hoc ſtatu patiuntur, vtilitate præponderat gubernatio mixta Monarchiæ ſimplici: vtpotè quod deſides inueniuntur maxima ex parte homines ad ea, quæ non propria, ſed aliena ſunt.

Per ſe Monarchia præſtat omni regimini ſed ex accidenti alia aliquando præſtare poſſunt illi.

80 Inde operepretium fuit Eccleſiarum Rectores, non vt Vicarios deputari, ſed vt veros Paſtores. Oportuit item, vt non iure ſanguinis, aut hæreditariæ ſucceſsionis lege, ſed liberè, ac pro meritis electio aſſumendorum fieret, eo quod homines amant relinquere ſemen ſuum poſt ſe, & fructus ventris ſui ſuper ſedem ſuam.

81 Itaque ſicut olim Orientale Imperium, & poſtea Occidentale Monarchicum quidem erat, vnicum tamen Imperatorem habens, cui cæteri etiam Reges, ac Principes, & omnis Imperij mores honorabiliter cedere non recuſabant; non tamen erat purè Monarchicum, ſed temperatum potius Ariſtocratia, hoc eſt, Regum, Principum, Ducum, ſimiliumque verè Dominorum regimine: item & Dimocratia, hoc eſt, gubernatione illorum, qui annuatim, vel ad certum tempus ex promiſcuo deſignabantur populo, & euehebantur in iudices, ac miniſtros regni: ita vniuerſalis Eccleſia, in qua ſummus quidam Princeps præſidet, cui cæteri parent, quâm plures vigent ſingulares Principes, & Rectores ex media plebe aſſumpti, quorum quilibet verus Princeps, atque Paſtor eſt reſpectu gregis ſibi commiſsi, & muneris ſibi demandati, ſecundum ordinationem & conſecrationem indelebilem ſuam: licet reſpectu Chriſti omnes Vicarij ſint, & capita miniſterialia.

Eccleſiæ rectores nõ Vicarij Pontificis ſunt ſed viui paſtores.

Eccleſiæ regimen nunc & ſemper, vt olim Imperiale.

(.?.)

CAPVT

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Reſpondetur vltimo argumento primi capitis.

Pro argumenti vltimi diſcuſsione ingens nobis dubium diſcutiendum eſt; cuius inſcriptio ſit;

DVBIVM SECVNDVM.

Vtrùm in perſona Petri vniuerſalem hanc poteſtatem Chriſtus primò condiderit, Petrum toti Eccleſiæ præponens.

SVMMARIVM.

1 *A parte negatiua ſtant hæretici.*
2 *Arguitur primo à parte negatiua quæſtionis.*
3 *Arguitur ſecundo ad idem.*
4 *Arguitur tertio ad idem.*
5 *Arguitur quartò à parte negatiua.*
6 *Arguitur quinto ad idem.*
8 *Arguitur ſexto à parte negatiua.*
7 *Arguitur ſeptimo pro parte negatiua.*
9 *Prima nota in* Petrum.
10 *Secunda nota in* Petrum.
11 *Tertia nota in* Petrum.
12 *Quarta nota in* Petrum.
13 *Quinta nota in Petrum.*
14 *Sexta nota in Petrum.*
15 *Arguitur octauo pro parte negatiua.*
16 *Scomma in præcedentia argumenta.*
17 *Oſtenditur primo pars affirmatiua ex vaticinio* Eſaiæ *cap. 28. verſu 16.*
18 *Explicatur locus: Tu es Petrus, &c.*
19 *Cur prius nunciatur* Petro *ſuum im mutandum nomen, & poſtea im mutetur?*
20 *Qua lingua loquutus* Chriſtus Do*minus* Petro*?*
21 *Cur Simoni inditum nomen* Petri*?*
22 *Quid ſit ly,* I*mpetritum, ſeu impetratum?*
23 *Chriſtus fecit* Eccleſiam *impetritã*
24 *Grandiores ædificij lapides pro fundamento ſubſternuntur.*
25 *Dionyſius Areopagita, ac reliqui ſancti Græci pro parte affirmatiua.*
26 *Clemens* Romanus*, ac reliqui Patres Latini pro parte affirmatiua.*
27 *Attende Gregorij elogium pro parte affirmatiua.*
28 *Arguitur primo contra prædicta capite præcedenti.*
29 *Arguitur ſecundo ad idem.*
30 *Arguitur tertio ad idem.*
31 *Myſteria impoſitionis, nominis Petri.*
32 *Petri nomen myſterijs plenum.*
33 *Magni refert boni nominis impoſitio à Deo.*
34 *Patres, Petri nomen extollunt.*
35 *Quando rogauit* Chriſtus *vt fides* Petri *non deficeret.*
26 *Petrus &* Petra *idem iure.*
37 *Hebraice loquendo &* Chaldaicè *idem ly* Petra *&* Petrus.
38 *Refelluntur tres ſenſus quos erga nomen Petri & eius dignitatem cõminiſcuntur hæretici.*
39 *Auguſtinus inductus ab aduerſarijs, non eſt nobis aduerſus.*
40 *Supra quam petrã ædificauit* Eccleſiam Chriſtus?
41 *Qualiter ſit Auguſtinus locutus?*
42 Concluſio *dictorum.*
43 *Verbum* Chriſti *magnæ energiæ pro* Petro.
44 *Petra ſupra quam Eccleſia eſt ædificanda, non eſt confeſsio fidei prout ſic.*
45 Arguitur *primò contra explanationem verbi* Chriſti*, Matth. 16.*
46 Etiam *alij* Apoſtoli *à Petro*

bbbb 4 *ſunt*

ſunt fundamenta Eccleſiæ.

47 *Chriſtus vnicum in ſuo genere fundamentum Eccleſiæ.*

48 *Fides pertinet ad fundamentum Eccleſiæ aliquo modo: ſed non ſimpliciter.*

49 *Etſi fides foret fundamentum Eccleſiæ adhuc nō eſſet caput illius.*

50 *Omnes rectores Eccleſiæ poſſunt dici fundamenta Eccleſiæ.*

51 *Encomia Petri ex Baſilio.*

52 *In rigore non ſunt plura fundamenta Eccleſiæ: licet pluribus ſubordinatis conueniat ratio fundamenti Eccleſiæ.*

53 *Explicat S. Leo verba Chriſti ad Petrum, ex Matth. 16.*

54 *Quid ſit tradere claues alicui?*

55 *Quid ſit ligare & ſoluere in cœlis?*

56 *Vide ly obligare.*

57 *Inſurgunt hæretici contra expoſitionem prædictam clauium Petri.*

58 *Arguitur primo traditionem clauiū eſſe nudam prædicandi licentiam.*

59 *Arguitur 2. claues collatas Petro, vt omnium Apoſtolorum perſonam gerenti.*

60 *Videntur patres ab hac mente fuiſſe.*

61 *Reſpondetur primo argumento præcedentis cap.*

62 *Quid ſit dare claues, iuxta Chryſoſtomum?*

63 *Præſtat clauis potentiæ, latiuſque patet quàm clauis ſcientiæ.*

64 *Præceſſit clauis ſcientiæ in Petro clauem potentiæ.*

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negantis primatum, & præfecturam Petri.

CONFLICTVM Operoſum aggredimur cōtra effrænes multum hæreticorum noſtri ſeculi linguas: quæ quaſi agmine facto in affirmatiuam partem violenter irrumpunt, mordicùs diffitentes talem in perſona *Petri* dignitatem erectam. 1

A parte negatiua ſtant hæretici.

Tella autem, quibus hanc adoriuntur arcem, inde potiſsimum decerpta ſunt, quod nullus in tota pagina poteſt locus ſignari, quo talis probari poſsit primatus Petri. Sed præter hæc alia congerunt quæ talia ſunt.

2 In primis enim (placet vltimum præcedentis dubij argumentum primo hoc loco obtrudere) apud Matthæum, *a* Marcum, *b* & Lucam *c* legimus contentionem inter diſcipulos Domini Ieſu, quiſnam eorum eſſet maior. A qua proculdubio ſe continuiſſent, ſi vidiſſent Petrum cunctis à Chriſto prælatum: aut ſaltem Chriſtus eorum diſcordiam cōpeſcuiſſet, dicendo, quod Petrus erat caput, & vertex inter illos. Quod tamen cum non fecerit, phantaſtica videtur hæc Diui Petri prælatio.

Argu. 1. à parte negatiua quæſtionis.

a *Matth.* 18.
b *Marci* 9.
c *Lucæ* 9. & 22.

3 Deinde nō Petrus, ſed Iacobus præfectus à Chriſto fuit Hieroſolymorum Eccleſiæ, quæ mater omnium Eccleſiarum eſt, & cui potiſsimum ipſe Chriſtus Dominus præfuit. Igitur potius Iacobo, quàm Petro primatum contulit. Quod non obſcurè inſinuarunt nobis, tùm Concilium Nicænum, *d* dum primatum ex antiqua traditione, & præſcriptione Hieroſolymorum Epiſcopo tribuit: tum Clemens qui lib. 6. diſpoſitionum apud Euſebium, *e* dicit, quod Iacobus inſtitutus fuit ab Apoſtolis, & adhuc ab ipſo Petro Apoſtolorum Epiſcopus. Tùm Chryſoſtomi *f* dicentis, quod Iacobus ab Apoſtolis Chriſti ſolium accepit.

Argu. 2. ad idem.

c Conc. *Nic.* 1. *Canone* 7.
e *Lib.* 2. *Hiſtor. cap.* 1.
f *Hom.* 3. *in acta.*

4 Tertiò Paulus in multis Petro prælatus eſt, primò in honoraria Apoſtoli nomi-

Argu. 3. ad idem.

nominatione, quoniam ſolus Paulus dicitur per antonomaſiam Apoſtolus: ex quo ſequi videtur, quod ipſe potius quàm Petrus dignitate ſit Apoſtolorum primus. Secundô in honorificencia ſeſsionis, quoniam adhuc Pontificia diplomata ex ſumma vetuſtate habent imaginem Pauli à dextris, Petri verô à ſiniſtris. Ergo potius ille, quàm iſte præfecturam accepit. Tertiô in iuridica correctione: quoniam g Paulus Petrum coarguit, atque in faciem reſtitit: non ſecus ac poſſet Prælatus noxium aliquem ſibi per omnia ſubiectum obiurgare, & corripere. — g *Ad Galat.* 2.

Arg. 4. à parte negatiua.

5 Quartò Paulus expreſſe conſtituit ſe nihilo inferiorem fuiſſe ſummis Apoſtolis, vt patet ad Corinth. *h* & rurſum ad Galathas dixit enim, *Quibus neq; ad horā ceſsimus ſubiectioni.* Et rurſū K *Mihi, qui videbātur aliquid eſſe, nihil cō tulerunt; ſed contra cum vidiſſent quod creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut Petro circumciſionis: & cum cognouiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ Eccleſiæ, dextras dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis.* Ergo licèt Paulus ſuperior *P*etro non fuerit, ſaltem colligitur, quod *P*etrus Paulo eminentior non euaſerit. — h 2. *Cor.* 11. v. 15; i *Ad Galat.* 2. v. 5.; K *Ibidem.* v. 6.

Arg. 5. ad idem.

6 Quinto in diſcipulorum cōgreſsibus, & Concilijs non inuenimus, *P*etrum ad clauum, velut Principem, ſed promiſcuè, vt priuatam perſonam, atque vt vnum è multis ſedentem, adhuc in ipſis ſolemnioribus Conciliorū comitijs (de quibus Actorum l 15.) Vbi etiam referuntur nuntij miſsi ab Apoſtolis, & præsbyteris, atque à tota Eccleſia abſque aliqua tamen D. Petri mentione. Imô dicitur, *m* quod Apoſtoli miſerunt Petrum ſicut, & Ioannem ad Samariam. Quæ tamen ſupremo ſenatus Præſidi repugnantia ſunt. — l *Actor.* 15.; m *Actor.* 8.

Arg. 6. à parte negatiua.

Arg. 7. à parte negatiua.

7 Sextò inuehitur Paulus, *n* tàm in eos, qui ſe dicebant eſſe Cephæ, hoc eſt *P*etri, quā in illos qui profitebantur ſe eſſe Pauli, vel aliorum, inquiens. *Vnuſquiſque veſtrum dicit ego ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti.* Et docet omnes ſine vlla exceptione dicendos eſſe Chriſti: quia tantûm ille pro nobis crucifixus eſt, & in eius nomine baptizantur. Cùm tamen ſi Petrus Chriſti perſonam gereret, baptizati non minus Cephæ, quâm Chriſti nuncupandi venirent, aut ſaltem poſſent. — n 1. *Ad Cor.* 1. v. 12.

Prima nota in Petrum.

8 Septimo Petrus in multis turpiter, ac fœde peſsimè lapſus eſt. Igitur indignum ſe præbuit, quod in ſummum Eccleſiæ principem, & patrem promoueretur.

Secunda nota in Petrum.

9 In primis enim legimus, *o* quod plane dubitauit an tutus ſuper aquas cōſiſteret, adhuc cum Chriſti Ieſu ſubplantaret eas. — o *Matt.* 14. v. 31

Tertia nota in Petrum.

10 Secundò vidimus, quod quaſi Chriſtum ipſum increpans, illum à propoſito patiendi pro hominibus retrahere conatus eſt, inquiens, *p Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* — p *Matth.* 16. 21.

Quarta nota in Petrum.

11 Tertiò, audiimus eum tâm inepte petentem, *q Faciamus hic tria tabernacula*, vt Euangeliſta eius petitionem grauiter taxans, dixerit, *Neſciebat, quid diceret.* — q *Matth.* 17. 4.

12 Quartò, *r* proterue detrectātem, & procul repellentem ſuorum lotionem pedum, quos Chriſtus mundare conſtituerat, legimus. — r *Ioan.* 13.

Quinta nota in Petrum.

13 Quintô, quaſi mendacij inſimulantem Chriſto cōcipimus, dum contra illud verbum expreſſum: *s Omnes vos ſcandalum patiemini in me nocte iſta* reſpondit: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ego numquam ſcandalizabor.* — s *Matth.* 26. 31.

14 Sextò, vbi ſupra habemus *t* cum contra Domini monitum auriculam Malco amputantem, & eo loci abnegantem Chriſtum, & iure iurando mēdacium, ac blaſphemiam ſuam præmunientem. Demum ad Galath. ad veritatem Euangelij non ambulantem, & propterea coram omnibus à Paulo taxatum, & reprehenſum. Hæc de Petri noxijs. — t *Matth.* 26.; *Galat.* 2. 14.

Sexta nota in Petrum.

Arg. 8. pro parte negatiua.

15 Tandem argumentantur ex eo, quod Petri tempore vniuerſi Apoſtoli vniuerſalem ſupra totam Eccleſiam authoritatem habuerunt; quoniam hoc eſt de ratione Apoſtolici gradus: maximê dicente Chriſto: *v Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ergo impertinenter Petro alia ſingularis — v *Ioan.* 7. 47.

ſumma

ſumma concederetur poteſtas: maximè cum collata non fuerit niſi perſo-
x *Matth.* 16. & y *Ioan.* 21. naliter, & priuatè, vt patet Matthæi 16. x & Ioannis 21. y

Schoma in præcedentia argumẽta.

16 His arundineis iaculis adoriuntur recentiores hæretici ſaxeam rupem illam, contra quam neque inferi portæ præualere obtinebunt. Sed quis niſi luſorijs in cœlum armis dimicat? Quis aſtris bellum indicit, niſi vt puer puerilibus glandibus? aut quæ contra ardentiſsimum ſolem inſurgere audent, niſi nebeculæ, mox miſerrimè diſsipandæ: vt diſsipabuntur iſta, oſtẽſa prius ipſa veritate rei, ad quam propterea propere me accingo.

CAPVT SECVNDVM.

a *Ioan.* 1. v. 42
b *Matt.* 16. v. 18

Oſtenditur primatus Petri ex illo Ioannis, a *Tu vocaberis Cephas*: Et ex illo Matthæi, b *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.*

Oſtenditur primo pars affirmatiua ex vaticinio Eſai. 28. 16.

c *Eſai.* 28. v. 16
d *Apocal.* 21. n. 14.
e 1. *Cor.* 3. v. 11

17 IAm ſolidæ veritatis ſubſidia erigenda ſunt, vel potius diù multum à Chriſto Domino erecta, perſpicuè demonſtrandũ eſt. Sed in primis placet oſtendere inumbrata fuiſſe illo Eſaiæ oraculo: c *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem prob-tum, angularem, pretioſum in fundamento fundatum.* In eo enim perſpicuè aſſeritur futurum inter Apoſtolos (qui ſunt fundamenta Sion, d) quendam eminentiſsimum lapidem, id eſt Apoſtolum inſigniter, ſuper fundamentum potiſsimum (qui Chriſtus eſt e) erectum, ita vt illi ſingulariter ſupponatur, & ſubalternetur. Conſtat autem, quod licèt Apoſtoli omnes lapides ſpirituales, myſticiquè dicantur, potiſsimè tamẽ id Petro congruerit, vt eius præſe nomen refert, iuxta modo dicenda.

Explicatur locus Tu es Petrus.

f *Ioan.* 1. v. 42.
g *Marc.* 3. v. 16.
h *Lucæ* 6. v. 14.
i *Matth* 16 v. 18

18 Nunc autem producamus, non quidem vmbram, ſed lucem, non figuram, ſed veritatem huius eximiæ conſtructionis, cuius potiſsima initia deſumpta habentur, ex illa pollicitatione Chriſti ad ipſum Apoſtolum. f *Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas*, hoc eſt, *Tu vocaberis Petrus*, vt ibi interpretatur Euangeliſta. Et verè ſic fuiſſe appellatum aſſeritur apud Marcum g & Lucam, h potiſsimè autem promiſsionem impletam habemus apud Matthæum, ibi i *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.*

Cur prius nuntietur Petro ſuũ imutandum nomen & poſtea imutetur.

K *Hom.* 18. *in Ioan.*
l *Ioan* 14. v. 29.

18 Eſt tamen notandum primo cum Chryſoſtomo, k prius prædici Petro immutandum nomen, deinde immutari, vt intelligamus hanc rem magni momenti eſſe: ſicut & alia quæ antequam fiant prædicuntur, vt corporis Domini cœna, mors, & reſurrectio, Spiritus ſancti, ſuper Apoſtolos miſsio, benedictio omnium gentium in Abraham, ac terræ Canaam poſſeſsio. Vnde Chriſtus ipſe, l *Nunc prædixi vobis prius quàm fiat, vt cum factum fuerit credatis.*

Qua lingua loquutus Chriſtus Domin. Petro.

m *Ioan.* 1. v. 42.

20 Secundò eſt notandum, quod Chriſtus nec Latina, nec Græca planè nec purè Hebraica, tunc temporis loquutus eſt lingua, ſed Syriaca tantùm quæ vulgaris illi, ac vernacula cum ſuis contribulis Hebræis erat. Quare tã apud Ioannem, quàm apud Matthæum dictum eſt Cephas, id eſt. *Tu vocaberis Cephas*, atque *Tu es Cepha.* Euangeliſta autem Ioannes Græcè ſcribens, Græcè dictionem Cepha interpretatus eſt, inquiens, m *Quod interpretatur Petros.* Interpres verò Latinus Latinè reddidit, *Quod interpretatur Petrus.* At neque ly *Petros* Græcè, neque ly *Petrus* Latinè, aliud hic denotant quàm ly *Cepha* Syriacè: Cepha autem idem omnino eſt quod ſaxum, aut grandis, & inconcuſſa petra, & lapis, vt Syriaca nos docent dictionaria, ſecundum obſeruatio-

ſeruationē Hieronymi, n Bellarminij, o & aliorum obſeruantium, quod vbicunque in textu Hebræo habetur petra, inuenitur Cepha in Syriaco. Vnde in idem recidunt ly *Cepha* ly *Petros* ly *Petrus*, & ly *petra* nomen vnum ex translatijs Chriſti, dicente, & argutè Tertulliano obſeruante: p *Chriſtus affectauit cariſsimo diſcipulorum de figuris ſuis nomen communicare.*

n *Sup. ad Galat* 20.
o *Lib. 1. de Ponti. cap. 10.*
p *Lib. 4. aduerſus Marcio. c. 13.*

Cur Simoni inditū nomen *Petri*?

21 Rationem autem huius tàm eximiē, tamque ſingularis nomenclaturæ Chriſtus ipſe aperiens ſubiecit: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, q quaſi diceret: ideò te in translatium lapidem aliquando notaui, & nunc te myſticum lapidem aſſero, & nomino, quia ſuper te in ædificare decreui Eccleſiam meam. Creo autem te non qualemcumque petram, ſed ſaxeam & rupem, vtique Cepha, quoniam Eccleſia hæc ſuper te extruenda nullis vmquam incurſionibus, aut ſcopulis atterenda eſt. Hoc enim eſt, quod ſubiungitur, *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

q *Matt. 16. v. 18*

Quid ſit ly impetritum, ſeu impetratum?

22 Tantum enim roboris, & firmitudinis petris tribuitur iuxta naturam ſuam, vt latinitatis Principes illud dixerint impetritum, ſeu impetratum, quod ſtabile fixum atque immutabile eſt: vt videre liquet in Valerio Maximo ibi, r *Cam inquirendum, vel extis, vel ſortibus impetrito.* Et in Plauto, ibi: s *Impetritum inauguratum eſt.* Et in Cicerone ibi: t *Magnæ res impetriri ſolebant.*

r *Lib. 1. cap. 1.*
s *In Aſina.*
t *Lib. 1. de diuina*

Chriſtus fecit Eccleſiam impetritam.

23 Volens ergo Chriſtus Eccleſiam ſuam ſtabilem inconcuſſam & firmā, impetritam fecit, hoc eſt, in petra fixam, & ad id Petrum ſiue petram tranſlatitiam condidit inquiens: v *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quid hac explanatione ſimplicius, aut quid in ea violenter extortum? Inde Gregorius Magnus; x *Quis neſciat ſanctam Eccleſiam Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam? quia firmitatem mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum.* Et antiquior Chryſoſtomus; y *Paſtor & caput Eccleſiæ piſcator homo, atque ignobilis, terrarum orbe reluctante, adamantis naturam ſuperat.*

v *Matth. 16. 18.*
x *Li. 6. indict. 15. epiſt. 37.*
y *Hom. 55. in Euangelica.*

Grandiores ædificij lapides pro fundamēto ſubſternuntur.

24 Et ſanè ad quid grandæui, ſaxei, rupeiquè poſſunt excogitari, inueſtigari, notari, eligi, nedum creari, & aſſumi lapides, cum de extruenda domo ſerius ſermo inducitur, niſi vt infundantur, & ſubſternantur pro vaſi & fundamento eius? maximè cum velut indice proditur, & pariter commendatur aliquis in particulari, illique (quod hic Petro accidit) dicitur: *Tu es Cepha*, id eſt, *Tu es petra, & ſuper hanc petram ædificabo domum meam.* Vnde Cyrillus, z *Nec Simon fore iam nomen illi, ſed Petrus prædicit: vocabulo ipſo commode ſignificans quod in eo tanquam in petra, lapideque firmiſsimo ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam.* Quare vel cæci hic videbunt, quod Petrus petra illa ſit, ſupra quam Chriſtus promiſit ſe inædificaturum Eccleſiam.

z *Lib. 2. in Ioan. cap. 2.*

CAPVT TERTIVM.

Roboramtur interpretationes capitis præcedentis ex doctrina Patrum Græcorum, & Latinorum.

Dionyſ. Areop. ac reliqui ſanctį Græci pro parte affirmatiua.

CÆterum ne vnico teſte videar tantum negotium percurre, aut perſtringere, adducā præter relatos, in primis Græcos alios, pariterque Latinos, quos alij ante me delibarūt, tanquam ſummos in hac parte patronos: quibus omnibus refragari nefas.

25 Etenim Dionyſius a planè profitetur Petrum vocatum fuiſſe à Paulo Eccleſiarum fundamentum. Et Origenes inquit: b *Vide magno illi Eccleſiæ fundamento, & petræ ſolidiſsimæ, ſupra quam Chriſtus ædificauit Eccleſiam.* Athanaſ. c *Tu es Petrus, & ſupra*

a *In Epiſt. ad Timoth.*
b *Ho. 3. in Exo.*
c *Epiſt. ad Fœlicē*

pra fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ, id eſt, Epiſcopi, ſunt confirmatæ. Baſilius: d Petrus eſt petra ſupra quam Dominus pollicitus eſt ſuam ſe Eccleſiam ædificare. Epiphanius: e Ipſe Dominus conſtituit Petrum primum Apoſtolorum, petram firmam, ſupra quam Eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferi non præualebunt aduerſus illam. Nazianzenus, f Ex diſcipulis Chriſti magnis, vtique omnibus, & excelſis, atque electione dignis, hic petra vocatur, atque Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habet. Chryſoſt. g Tu es Petrus, & ego ſuper te ædificabo Eccleſiam meam: & rurſum: h Audi quid Petro dixerit Chriſtus columnæ, & fundamento fidei, qui ob robur cõfeſſionis vocatus eſt Petrus, dicente Domino: Tu es Petrus. Similia habent ſimiles, vtiq; Theophilactus, i Pſellius, K & integrum Chalcedonenſe Concilium l ex 630. Patribus conſtans, quibus in poſterum omnes verè fideles Græci per omnia ſubſignarunt. Et de Cyrillo demum refert D. Thomas, m quod in libro theſauri ſcriptum reliquit, Apoſtolos in Euangelijs & Epiſtolis affirmaſſe Petrum loco Dei manſiſſe.

26 Ex Latinis Patribus Clemens Rom. ait: n Simon Petrus veræ fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum Eccleſiæ eſt diffinitus: qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus. Similia Hippolytus Martyr o ſanctiſsimus & antiquiſsimus habet. Tertullianus rogat: p Latuit aliquid Petrũ ædificandæ Eccleſiæ petrã dictũ? Cyprianus dicit: q Petrus ſupra quẽ ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens, r ait, Domine, ad quem ibimus? item, s Loquitur illic Petrus, ſupra quem ædificanda erat Eccleſia. Ambroſius, t Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quem petram dicit, firmamentum Eccleſiæ iudicauit. Itẽm v Pro ſoliditate Eccleſiarum Petrus petra dicitur, eò quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit & tanquam ſaxum immobile totius corporis Chriſtiani compagem, molemque contineat. Item occaſione prioris miraculi à Petro editi, vtique claudi curatione, cuius plantas ſolidauit Petrus: x Si ergo Petrus petra eſt, ſupra quam ædificatur Eccleſia, rectè prius pedes ſanat; vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Hilarius y Poſt Sacramenti confeſſionem beatus Simon ædificauit Eccleſiam ſubiacens, & claues regni cælorum accipiens. Item: z Appellat Petrũ, primum Dei confeſſorem, Eccleſiæ fundamentum, & ianitorem cæli. Et alibi: a In nuncupatione noui nominis fœlix Eccleſiæ fundamentum dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & Tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret: Hieronymus: b Super vnum montium Chriſtus fundat Eccleſiam, & loquitur ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã. Item: c Non ſolùm Chriſtus petra ſed & Apoſtolo Petro donauit, vt vocaretur petra. Auguſtinus d Petrum itaque fundamentũ Eccleſiæ Dominus nominauit; & ideò dignè fundamentum hoc Eccleſia colit, ſuper quod Eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. Et iterum, e Pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur: Dominus autem pro dignitate petra nuncupatur. Et alibi f Petrus dignus, qui ædificandis in domo Dei populis petra eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum. Quibus ſubſcribunt Maximus, g Leo, h Iuuencus, & omnes pij ac verè fideles viri. Et demum habetur in decretis Gratiani noſtri. i Sed de his multa, illuſtria que admodum apud Iodocum Coctium. K [illegible]

27 Sed audiamus mirabiliter perſonãtẽ Gregoriũ: l Cunctis (inquit) Euãgelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Item, m Quis neſciat ſanctam Eccleſiam Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam? Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum Principis ſedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua quieſcere, & præſentem

Clemẽs Roman. ac reliqui Patres Latini pro parte affirmatiua.

Attende Gregorij elogiũ pro parte affirmatiua.

d In cap. 2. Eſai.
e In anchorato.
f Orat. de moderatè diſputat.
g Ho. 55. in Matth.
h Idem hom. 2. in Pſal. 50.
i Sup. Luc. 22.
K Apud Theodoretum li. 3. in Cãtica.
l Actio. 3.
m In opuſc. contra errores Græcorum.
n Epiſt. 1. ad Sacibam fratrẽ Domini.
o Lib. de conſummat. mundi.
p Lib. de præſc.
q Lib. 1. Epiſt. 3
r Ioan. 6. v. 68.
s Idem Cypr. li. 4 Epiſt. 9. & epiſtola ad Quirinum.
t l. 4. de fide c. 3
v Idem ſerm 47.
x Actor. 5. v. 3.
y Lib. 6. de Trinitate.
z Idem ſup. Pſa. 131.
a Idem canone 16 in Matthæum.
b In cap. 1. Eſai.
c Idem in cap. 16 Hierem.
d Serm. 15. de Sãctis.
e Idem ſerm. in cathedra ſancti Petri.
f Idem ſerm. 19. de Sanctis.
g Serm. 1. de ſancto Petr. & Pau.
h Serm. 2. de ſanctis Petro & Paulo, & Epiſt. ad Epiſ. Vienen. & epiſt. ad Geminianum.
i 19. d. c. ita Dominus.
k Lib. 7. de Hierarch. Eccleſiæ, artic. 4.
l Lib. 4. inductio. 14. epiſt. 32.
m Idem lib. 6. induct. 15. epiſt. 37.

ſenem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit. Cùm ergo vnius, atque vna ſit ſedes, cui ex authoritate diuina tres nunc Epiſcopi præſident, quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo.

Conſtans igitur eſt, Chriſtum iuxta ſanctos Patres prædictis verbis promiſiſſe Petro ſe ſupra illum tamquam ſupra fundamentum immobile inædificaturum Eccleſiam; & proin ſe eſſe caput illius, eo quod fundamentum & caput myſticè idem ſunt. Ex quo illud Abacuc Prophetæ: n *Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* Sed adhuc inferius redibit ſermo de hoc. n *Abacuc. 3. 13.*

CAPVT QVARTVM.

Hæreticorum cauillationes contra doctrinam capitis ſecundi & tertij ponuntur, & exploduntur.

Arg. 1. contra prædicta capite præcedēti.

28 MVltis nihilominus aduerſus prædicta hæretici pugnant cauillis. Quorum primum eſt, nihil ſoliditatis Simoni accreuiſſe propter illa Chriſti verba, a *Tu es Petrus, &c.* Siquidem diu poſtea orauit Chriſtus, b *vt non ei fides* deficeret: quod tamen ſuperfluum eſſet, ſi ex quo audiuit à Chriſto, *Tu es Petrus*, ſolidiſsimus in fide redderetur. a *Matth. 16. 18.* b *Luc. 22.*

Arg. 2 ad idem.

29 Secundum eſt, Simonem fundamēti Eccleſiæ rationem neutiquam accepiſſe, ſed neque accipere potuiſſe, niſi ex quo accepit poſſe fideles in fide ſolidare: hoc enim eſt proprium fundamenti Eccleſiæ. At neque hoc accepit quando audiuit, *Tu es Petrus*: Sed cum dictum eſt illi: c *Tu aliquando cōuerſus confirma fratres tuos.* Ergo illis ſaltem d verbis non probatur Petrum eſſe fundamentum Eccleſiæ. c *Luc. 22.*

Arg. 3. ad idem.

30 Tertium denique, quod licèt verè Chriſtus vtrobique dixerit *Cepha*, inquiens, *Tu es Cepha, & ſuper hanc Cepha ædificabo Eccleſiam meam*: at Matthæus, locupletiſsimus verborum Chriſti interpres, ſic propoſitiones ordinauit, vt in prima expreſſerit, ac poſuerit *Petrum*, in ſecunda verò *petram*, ita vt expreſſè Petrum à petra diſtinxerit: non enim retulit Chriſtum dixiſſe, *Tu es Petrus*, & ſuper hunc Petrum; ſed *ſed ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Cùm ergo ædificationem Eccleſiæ Petræ commodauerit non autem Petro, ſequitur quod intellexit non Petrum, ſed aliud cui nomē Petræ conueniat aſſumptum fuiſſe in ædificium Eccleſiæ. Qualis autem ſit hæc petra, aut quid? adhuc apud illos eſt ſub litigio. Quidā enim dicunt eſſe Chriſtum ipſum, de quo Paulus: *Petra autem erat Chriſtus*: quidam quod ipſa fides, quā Petrus profeſſus eſt, vel ipſa cōfeſsio fidei: quidam denique quod omnes fideles talem fidem habentes. Quorum fundamenta infra nos referemus, & refellemus. d *Matth. 16.* *1 Cor. 10. v. 4.*

Myſteria impoſitionis nominis Petri.

31 Cæterum quis non videat hæc omnia ſophiſmata eſſe, ac meras diuini verbi deprauationes? Cûm huius nominis impoſitionem tot mira, ac portenta præceſſerint? Sanè Chriſtus cùm primum obuium habuit Petrum, oculorum aciem, non tantùm direxit in eum, ſed defixit, dicente Euangeliſta. e *Intuitus autem eum IESVS*, mox Cephæ nomenclaturam illi inauguratus eſt, inquiens: f *Tu vocaberis Cephas.* Poſt præmiſſam itèm à Petro coram Apoſtolico cœtu confeſsionem fidei, in præmium, & remunerationem tanti operis hoc Cephæ nomen indidit ei, & quidem non vulgaribus, aut ſimplicibus, ſed potius ſolemnioribus verbis, vtique; g *Et ego tibi, quia tu es Petrus, &c.* e *Ioan. 1. v. 42.* f *Vb. ſup.* g *Matth. 16. v. 18.*

Quis

32 Quis autem tam vacuus cerebro, vt inane reputet, ac myſterijs vacuũ nomen illud, cuius impoſitionẽ tot cœlica præceſſerũt myſteria, procœmia, pollicitationes, merita, & præambula? ac tandem quod à Domino in pretiũ tam inclytæ confeſsionis magnificê inditum eſt: & quidem à Domino illo, qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt? & de quo ſcriptum habemus, *b* Dixit *& facta ſunt, mandauit & creata ſunt*? Si ergo tam ſerio tamque aſſeueranter dixit: *Tu es Cepha*, cur translatitiè quidem non erit Cepha? hoc eſt, Cephæ ſtabilitatem, firmitudinem, & inflexibilitatem habens, ac referens? ita vt, ex quo Cepha officium & munus inciperet exercere, comminui, vel atteri, frangi, aut ictibus excidere in aſſenſu fidei non poſſet.

Petri nomen myſterijs plenum.

h *Rom.4.v.*
i *Pſalm.148. v.5*

k *Matth.5.13*

33 Certè ſicut ex quo Chriſtus ipſe dixit Apoſtolis, *k Vos eſtis ſal terræ: Vos eſtis lux mundi*, ſalis, ac lucis encomia, proprietates, atque virtutes illis ſpiritualiter, ac translatitiè communicauit; neſcio quis tam iniquus rerum æſtimator, vel potius dilucidæ veritatis malignus ac petulantiſsimus óſor, & nebulo, vt cum Chriſtus ipſe dixit tam aſſeueranter, tamq; ſolemniter Petro, *Tu es Cepha*, Cephæ non indiderit illi natiuas & proprias conditiones, encomiaque infuderit, ſuum omnino ſtatum concernentia, vtique inſuperabilem inflexibilitatem in fide: ni aliquis impudẽter diceret parturijſſe mõtes, & natum fuiſſe ridiculum murem, quod pluſquam blaſphemum eſt.

Magni refertboni nominis impoſitio à Deo.

34 *I*nde ſancti Patres à petræ nomenclatura petræ conditiones in Petri perſona arguunt: Auguſtinus enim inquit: *l Ego ingenuè fateor explicare non poſſe dignitatem Petri, cui petræ nomen, & rem* Chriſtus *dedit*. Et Leo Magn. *m Petrus firmitatem petræ, quæ nullis impulſionibus quateretur, accepit*: Item. *Cum ego (dicit Dominus) ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis: tamen tu quoque petra es, qui à mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia*. Et Ambr. *n Petrus pro fidelitate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait* Dominus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tamquam ſaxum immobile totius corporis* Chriſtianitatis *compagem, molemque contineat*.

Patres Petri nomen extollunt.

l *Serm.2. de Apoſt. Pet. & Pau.*
m *Serm.1. in anniu. dedicationi..*
n *Serm.47. & refertur dict.50.c.54. fideliter.*

CAPVT QVINTVM.

Diluuntur ſigillatim obiectiones capitis præcedentis.

35 NEque obſtant primum & ſecundum cauillum obiecta initio capitis præcedentis. Quoniam licèt Chriſtus non aperuerit Petro ſe pro eius ſtabilitate, & conſoliditate oraſſe, vt ſe, & alios firmos teneret in fide, niſi quando iã ad mortem properabat: at non dixit ei, quod tũc primo, hoc eſt, ſub tempus mortis ſuæ id ad Patrem rogauit, aut quod ex tunc primo rogaturus eſſet, ſed potius, quod iam rogauerat: dixit enim, *Ego rogaui pro te* Petre. Fortè ex quo fecit illum Cepha pro ſtabili fundamento fidei. Cum enim ſuapte natura id Petro non congrueret, oportuit precibus impetrari à Deo, & ſuperne infundi.

Quando rogauit Chriſtus vt fides Petri nõ deficeret.

36 Neque rurſum obſtat tertium cauillum: primo quoniam nullius rei, ſed vocis dũtaxat diſtinctio facta hic eſt. Petrus enim, & petra idem rei ipſa ſunt licèt genere declinationis differant tamquam maſculinum & fœmininum. Quæ diſtinctio tantum abeſt, vt obſtet, quod potius mirè faueat expoſitioni catholicæ. Cum enim Chriſtus Simoni dixiſſet, *Tu es Cepha*, quod ſignificat inconcuſſam petram: vt vocis etiam etymon explicaret, ſubdidit, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: quaſi diceret, petram ſolidiſsimam te aſſerui & quidem non fruſtra, nec vanè, ſed potius vt ſupra illam meam Eccleſiam conſtruam, hoc eſt, non ſupra aliam, ſed ſupra illam prorſus.

Petrus & petra idem in re.

Quare

Quare ſignificantius dicitur, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quàm, *Supra hunc Petrum ædificabo, &c.* Tùm quoniam ædificijs ſupponi lapidem naturale eſt, hominem autem minimè. Tùm quia Simon, non quia Simon, imò neque quia Petrus nomine, ſed quia re ipſa petra myxticè, & translatitiè fundamenti obtinuit rationem.

Hebraice loquendo & Chaldaice idem ſunt petra & Petrus.

37 Præterquam quod licèt in Græca, Latinaquê lingua ſit generis differentia inter Petrum, & petram; at non in Hebraica, Chaldaica, vel Syriaca, in quibus loquutus eſt Dominus. Sed ſicut dixit *Tu es Cepha*, ita ſubdidit, *Et ſuper hoc Cepha ædificabo Eccleſiam meam*; vtique ſupra hoc quod ego velut indice prodidi, cum dixi: *Beatus es Simon bar-jona, ego dico tibi quia tu es Petrus*; id eſt, fundamentum Eccleſiæ conſtructioni ſubſtrandum.

Refelluntur tres ſenſus, quos erga nomẽ Petri, & eius dignitatẽ communiſcuntur hæretici.

38 Ex his planè conuincitur, tres alios huius loci ſenſus (quos hæretici iactant, & nos ſupra retulimus) germanos eſſe non poſſe: nam licèt hæretici, qui amplexantur illos, ſanctorum authoritate muniant eos, vtique Auguſtini, *a* qui videtur adhærere primo varijs in locis; & Gregorij Niſſeni, *b* Cyrilli, *c* Ambroſij, *d* Hilarij, *e* atque Chryſoſtomi *f* qui videntur adhærere ſecundo: & tandem Origenis, *g* qui ſequitur tertium: at ex quo reijciunt à ratione fundamenti Petrum, nec Chriſti verbis, nec prædictorum Patrum oraculis conſonant, ſed repugnant; imò & cunctorum Patrum ſententijs: vtpotè quod interpretatio communis explicat fundamentum illud de ipſa perſona Petri, iuxta quæ videri liquet apud Hippolytum, *h* Tertullianum, *i* Cyprianum, *k* Firmianum, *l* Hieronymum, Epiphanium, *m* & alios.

39 Et licèt vnus Auguſtinus hæſitauerit, non tamen negauit interpretationem iſtam, neque auſus eſt definire rem hanc, ſed reliquit eam lectoris arbitrio, fortè ob minus obſeruatam linguæ Syriacæ lectionem. Dixit enim *Non dictum eſt Petro, tu es petra, ſed tu es Petrus; petra autem erat Chriſtus; quem cõfeſſus Simon, ſicut eum tota Eccleſia confitetur, dictus eſt Petrus.* Conſtat autẽ quod in Syriaco, vt tunc loquebatur Chriſtus, dictum eſt, *Tu es Cephas*: nulla facta generis, vel inflexionis mutatione, quæ in Latino fecit, vt Auguſtinus dubitaret, non dubitaturus ſi vocem Syriacam aduertiſſet, ſecundum quam in idem recidit, *Tu es Petrus, ac tu es petra.*

August. inductus ab aduerſarijs nõ eſt nobis aduerſus

Supra quam petram ædificauit Eccleſiã Chriſtus

40 Præterquam quod ex quo Chriſtus Dominus non abſolutè enunciauit, *Et ſuper petram ædificabo Eccleſiam meam*, ſed *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; compulit nos petræ nomine non intelligere aliam, quàm illam de qua tunc agebat, hoc eſt, non eximiam illam, quæ antonomaticè, & per excellentiam dicitur, licèt translatitiè, *petra*, vtique Chriſtum, aut aliquid aliud: ſed illam prorſus quam velut digito ſignauerat dicens: *Tu es Cepha.* Quare nec Auguſtinus, *n* hanc repulit explanationem, ſed (quod iam monui) arbitrio legentis reliquit in libris (quod apprimè notandum eſt) retractationum, tanquam veroſimilem & probabilem.

Qualiter ſit Auguſtinus loquutus.

41 Sed eſto omnino expungendam diceret; adhuc (citra iniuriam, vel minimam, authoritatis ſuæ) nihil nocuiſſet. Quoniam loquutus eſt adhærens ſignificationi vocum prout Latinè ſonant, & ſunt, non autem (vt etiã iam retuli) prout Syriacè: cum tamen non illo, ſed iſto accipi deberent, vt accipiuntur ab omnibus recenſitis Patribus etiam pro ſecundo ſenſu vocis: vtpotè quod Chriſtus Syriacè non Græcè, aut Latinè, tunc temporis loquutus eſt. Quid enim refert. Quod Latinè, & Græcè Petrus, & petra diſtinguantur, ſi tamẽ in ſermone Chriſti (de quo nobis cura) idem omnino ſunt. Sed ecce (licèt obiter, & perſunctoriè) quid operetur, vel in optimis interpretibus, vel ignorantia, vel inaduertencia idiomatum ſanctæ linguæ, in qua primitus diuina eloquia exarata ſunt.

Concluſio dictorum.

42 Neque item Patres alij pro duobus extremis inducti ſenſibus repellũt noſtrum, ſed potius ſupponunt, vt conſtantem imò, & expromunt, vt patet in Origene, *o* Ambroſio, *p* Cyrillo, *q* Chryſoſt, *r* Hilario, *s* Inuicta ergo veritas eſt, quod Chriſtus per hæc verba ſignauit, condidit, & inſtituit, vtique

Sup. cap. 4.

a Tract. 27. & 124. in Ioan. & ſer. 13. de v. Dñi ſecundum Matth.
b Lib. contra Iudeos.
c Alex. Dial. 4. de Trinitat.
d Lib. 6. in Lucã cap. 9.
e Lib. 6. de Trin.
f Ho. 5. in Matth. & orat. 2. cõtra Iudæos.
g Tract. in Matth.
h De cõſummat. mundi.
i De præſcri.
k Lib. 5. epiſt. 1. & lib. 4. epiſt. 9. & tract. de habit. Virg. & de vnit. Eccleſiæ.
l Cap. 2. in Eſaiam & c. 16. in Hieremiam.
m In anchor.
n Lib. 1. retract. cap. 21.
o Ho. 5. in Exod. & c. 6. ad Rom.
p Serm. 47. & 68
q Lib. 6. in Ioan. cap. 12.
r Ho. 55. in Mattheum.
s Cantic. 16. in Matth.

Digitized by Google

que Petrũ totius Eccleſiæ fundamẽtũ immobile propter eius fidei, quã mirificè præſtitit confeſsionem. Quod eſt totum intentum Patrum aſſerentium Eccleſiam ſupra fidem fundatam eſſe, ſeu ſupra fidei confeſsionem: vtpotè quod hæc fuit ratio fundandi eam ſupra Petrum, vel ſaltem conditio.

43 Præter quam quod quid excellentiæ haberet verbum Chriſti, ſi ſenſus illius eſſet, *Tu ex Petrus, & ſupra me ipſum qui ſum petra fundabo Eccleſiam meã*, quid enim emolumenti magis accreuiſſet Petro quàm mihi in ſententia iſta? aut quid energiæ, vel ſignificantiæ haberet verbum iſtud, *Tu es Petrus*? Maximè adeò magnificè & emphaticè à Chriſto prolatum, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*. Si ergo perſonam Petri data opera magnificauit, cõſequens eſt, quod ſupra illam, eo tunc temporis voluit magnum aliquod faſtigium erigere, vt de facto erexit, aut erigendum promiſit. Verbum Chriſti magnæ energiæ pro Petro.

44 Item quid contexturæ, aut conſequentiæ haberet dicere, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, ſi non ſupra Petrum ipſum tanquam ſupra fundamentum, & verticem, ſed tantum ſupra confeſsionem fidei, vel ſupra fidem ipſam Eccleſia extruenda veniret? ad quid enim tunc tantum verbum *Ego dico tibi quia tu es Petrus*? Certè congruentius & aptius dixiſſet, ſupra fidem iſtam quam modò profeſſus es, ex Patris illuſtratione, vel ſupra confeſsionem iſtam diuinitus, atque ex tempore editam meam Eccleſiam inædificabo, quàm *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam*, vtpotè quod perſona Petri tunc nihil ad propoſitum faceret, & proinde in caſſum indicatio tam celebris eius, atque emphatica fieret. Vt ergo verbis Chriſti detrahendum non eſt, aut aliquid minus dignũ de illis iudicandum, ſic in dubium reuocandum non eſt, nedum perfidè cũ perfidis diffitendum factam fuiſſe per illam à Chriſto Domino pollicitationem extruendi, atque erigendi Eccleſiam ſuam ſupra ipſum Petrum tanquam ſupra cardinem & verticem totius Eccleſiaſticæ molis. Petr ſupra quam Eccleſia eſt ędificanda nõ eſt confeſſio fidei prout ſic

Arg. 1. contra explanationem verbi Chriſti. Matt. 16

CAPVT SEXTVM.
Aliud Hęreticorum cauillum conuellitur.

Etiã alij Apoſtoli à Petro ſunt fundamenta Eccleſiæ

45 ADhuc hæretici inſaniunt oblatrãtes, quod licèt Petrus per hæc verba conſtitutus ſit fundamentum Eccleſiæ, non ideò ſequitur, quod factus fuerit magiſtratus ſupremus in illa. Primò, nam etiam ſupra fidem tanquam ſupra fundamentum Eccleſia fabricata eſt, vtpotè quod Eccleſia eſt congregatio fidelium, id eſt, cõgregatio hominum in fide, & per fidem cùm tamẽ nullus vſquam dixit quod fides ſit Paſtor, aut præſul Eccleſiæ: Chriſtus vnicum in ſuo genere fundamentum Eccleſiæ.

46 Secũdò quoniã alijs à Petro cõuenit eſſe fundamẽta Eccleſiæ, vtiq; Apoſtolis, iuxta illud Pſalmi *a Fundamenta eius in montibus ſanctis*, hoc eſt (iuxta Auguſtinum *b*) in Apoſtolis: & iuxta illud Apocalyp. *c Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in eis duodecim nomina Apoſtolorum & Agni*: & tamen non propterea omnes Apoſtoli præfecti ſunt Eccleſiæ vniuerſalis rectores, alias non vnicus eſſet vniuerſalis paſtor, ſed plures. Ergo neque Petro.

a *Pſalm. 86. 1.*
b *Sup. Pſal. 86.*
c *Apocal. 21. 14.*
d *1. Cor. 3. 11.*

47 Tertiò quia ſcriptum eſt, *d Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus IESVS*. At hoc nequit intelligi de quouis fundamenti genere, propter relata in præcedenti argumento. Ergo intelligẽdum erit de fundamento illius cuius eſt regere, ac ſuſtentare totam ædificij molem, & machinam; & proinde præter Chriſtum nullus alius eſſe poteſt vniuerſalis Rector Eccleſiæ.

Fides pertinet ad fundamentum Eccleſiæ aliquo modo, ſed non ſimpliciter.

48 At puerilia hæc leui propulſabuntur conamine. Prioris enim aſſumptio falſa eſt & nulla eſt. Falſa quia licèt fides ad Eccleſiæ fundamentũ pertineat,

Digitized by Google

beat, quatenus (vt inquit Auguſtinus e) *Domus Dei credendo fundatur, ſperando erigitur, & diligendo perficitur.* Atque etiam quoniam fides fuit conditio, vel ratio in Petro, vt aſſumeretur à Chriſto pro fundamento Eccleſiæ, vti in Abrahamo, vt fieret Abraham, id eſt, pater multarum gentium, propter quod aliqui ſanctorum Patrum appellant illam fundamentum Eccleſiæ, vt etiam propter hoc dicunt confeſsionem Petri eſſe fundamentum Eccleſiæ: at propriè, & in rigore termonis tale non eſt. *Primò* quia fides forma Eccleſiæ eſt, vtpotè quod Eccleſia diffinitur congregatio fidelium, vt ſuo loco diximus. Formam autem rei quis vnquam dixit eſſe fundamentum illius, loquendo de fundamento propriè, & in rigore ſumpto. Secundo quia fundamentū cuiuslibet rei eſt illud quod ſuſtinet, ac ſuſtentat eam, ne collabatur. Fides autem non ſic ſuſtentat Eccleſiam, ſed potius, eſt id quod in Eccleſia ſuſtentatur, & ad quod ſuſtentandum fundamentum Eccleſiæ ſubijcitur. Quare tunc maximè fundamenti munus Petro iniunctum eſt, quando dictum eſt illi: f *Confirma fratres tuos:* vtique in fide ſuſcepta. Igitur vt Eccleſia non eſt fundamentum Eccleſiæ, ſed id quod fundamento innititur, ac ſolidatur; ita neque fides eſt fundamētū Eccleſiæ, ſed id quod fundamēto firmatur.

e Serm. 22. de verbis Apoſtoli.

f Lucæ 22. 32.

Etſi fides foret fundamentum Eccleſiæ, adhuc nō eſſet caput illius

49 Conſequutio item argumenti nulla eſt; quoniam dato quod fides ſit verè, ac propriè fundamentum Eccleſiæ, tamen quia non fundat eam per modum influentis, quod eſt proprium capitis, ſed per modum inhærentis, & informantis, quod eſt proprium formæ, ideò non ſequitur, quod ſi eſt fundamentum Eccleſiæ, ſit etiam caput illius. Sicut licèt omnis bona reſpublica in veritate morali, ac virtutibus verè fundata ſit, quia tamen virtutes in extera membra non influunt, vt magiſtratus, ſed tantum intrinſecè informant, vt reliqui habitus, ideò non reipublicæ capita, vt magiſtratus, ſed formæ dicuntur, & ſunt.

Omnes rectores Eccleſiæ poſſunt dici fundamenta Eccleſiæ

50 Secundæ etiā obiectionis vis facilè propulſatur dicendo, verè tot eſſe fundamenta Eccleſiæ quot rectores, ac gubernatores illius, qui eius conſeruationi, & indemnitati incumbunt: vnde Eccleſia dicitur fundata, g *In montibus ſanctis*, vtique Apoſtolis. Imò Paulus ad Epheſios dicit h nos eſſe fundatos ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. Verùm quia etiam dicitur fundata i *In vertice montium*, ideò vertex aliquis inter duodecim illos montes enumeratos deſignandus eſt, ſuper quem omnino recumbat ædificium Eccleſiæ, quod per partes ſupra alios innititur.

g Pſalm 86. 1

h Ad Epheſ. 2. v. 20.

i Eſai. 2. 2.

Encomia Petri ex Baſil.

51 Vnde Baſilius inquit. k *Vnus ex his montibus fuit Petrus, quem petram appellauit propter firmitatem maximam fidei, propter infractum robur animi, ad non cedendum inflictis plagis tentationum, ſuper quam petram promiſit ædificare Eccleſiam*, Vtique tanquam in ſolidiſsimum fundamentum cui vni reliqui incumbant. Item & Hieronymus. l *Licet ſuper omnes Apoſtolos ex æquo Eccleſiæ fortitudo ſolidetur, tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tolleretur occaſio.* Item Leo Maximus m (inter maximos, & à maximis laudatiſsimus) in anniuerſario aſſumpt. ſuæ: *In Petro omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur.* Itaque ſicut vni Petro inter vniuerſos Apoſtolos demandatum eſt ſuos confirmare fratres, ita & reliquos Eccleſiæ ſanctæ conſolidare montes, tanquam fundamentum ſaxeum talium fundamentorum, & proinde ipſis etiam præ ſubeſſe, vt coapoſtoſtoli omnibus illis reſpectu quorum fundamenta extiterint.

k Sup. Eſai. 2.

l Lib. 1. contra Iouinian.

m Serm. 3. in anniu. aſſumpt. ſuæ.

In rigore nō ſūt plura fundamenta Eccleſiæ licet pluribus ordinatis conuenit ratio fundamenti

52 Ad tertium reſp. quod ſicut non poſſunt eſſe plures Chriſti, ſed neque vnus diuiſus, ita neque plura fundamenta Eccleſiæ, ſed nec vnum diuiſum. Quare inter Chriſtum, & Petrum non aduerſa, vel etiā diuerſa numerantur fundamenta Eccleſiæ, ſed vnicum potius, quia Petrus non principale, ſed miniſteriale fundamentū eſt, non Dominus, aut etiam Rex, ſed Vicarius, & Eccleſiæ Prorex. Cauſa autem miniſterialis, vel inſtrumentalis non ponit in nu-

mero cum principali, & ideò illius pluralitas nihil amplius multiplicat, aut etiam diuerſificat quàm ſimplicitas: ſicut licèt multi ſint Proreges, nō propterea vnitati veri Domini derogatur. Sic igitur Paulus intelligendus eſt; alias ipſe de ſe ipſo dixit: n *Tamquam ſapiens architectus fundamentum poſui.*
n 1. Cor. 3. n. 10 Fundamentum quidem non aliud ab eo quod eſt Chriſtus, ſed illi per omnia conſonum, ſubſeruiens, & ſubordinatum, & Domino per participationem coniunctum.

o Vbi ſup. 53 Inde Leo. o *Ego dico tibi, hoc eſt, ſicut meus Pater tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus. Id eſt, cùm ego ſim vniuerſalis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum, præter quod nemo aliud poteſt ponere: tamen tu quoque petra es, qui mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſint propria, ſunt tibi mecum participatione communia.* Quid plenius pro re iſta, ac planius? & hoc vel ab illo Leone maximo, maximè ab vniuerſali Chalcedonenſi ſexcentorum Patrum ſynodo commendato? Itaque vt Chriſtus ipſe eſt, qui baptizat, qui conſecrat, qui abſoluit, quando miniſtri eius hæc faciunt, ita ipſe eſt fundamentum Eccleſiæ quando miniſtri eius fiunt vaſes illius.

Explicat S. Leo verba Chriſti ad Petrū ex Matthæ. 16.

CAPVT SEPTIMVM.

Secundò idem Petri primatus oſtenditur ex illis ſubſequentibus verbis; *Et tibi dabo claues regni cælorum & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cælis.*

54 Quid ſit tradere claues alicui?

Tandem nos docent ſacram fidem verba, quæ proximè Chriſtus poſt recenſita ſubiecit, inquiens ipſi *Petro ſic. Et tibi dabo claues regni cœlorum, &c.* Solemnis enim clauium alicuius regni traditio idem vbique eſt; quod ſolemnis eiuſdem regni inauguratio. Quoniam per claues poteſtas, tàm in ſacris, quàm in profanis literis deſignatur: iuxta illud Eſaiæ pro Summi Pontificis creatione, a *Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & claudet, &*
a Eſai. 22. v. 22. *non erit, qui aperiat.* Et de primatu Chriſti, b *Factus eſt principatus ſuper humerum eius*, id eſt, clauis regni, quæ ſuper humeros imponebatur & geſtabatur.
b Eſai. 9. 6. Patet enim hoc ex proximè citato elogio, c & in Apocalyp. d *Hæc dicit ſanctus,*
c Eſai. 22. 22. *& verus, qui habet clauē Dauid, qui aperit, & nemo claudit, qui claudit, & nemo aperit.*
d Apocal. 3. 7. Et iuxta illud Apocalyp. vbi poteſtas claudendi & reſerandi abyſſum, dicitur, e *Clauis putei abyſſi.* Ac deniquè iuxta perpetuum tradendi claues ritum
e Apocal. 9. 1 Principibus, ius regni à ſuis populis recipientibus. Quando enim ciuitates metropoles regnorum, aut prouinciarum capita, deditionem ſui ſuis principibus faciunt, id clauium traditione perficiunt, quia claues ſunt poteſtatis inſigne. Quare claues regni cœlorum polliceri, idem eſt, ac regni cœlorum ſummam, ſupremamque poteſtatem promittere, & proinde primatum.

55 Quod adhuc Chriſtus ipſe plus ſatis expreſsit, ſubijciens: *Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis.* Ligare enim idem eſt, ac præcipere, prohibere, excommunicare, ſuſpendere, deponere, nolle abſoluere, & ſimilia. Ex quo illud
Matth. 23. v. 4. Matth. de præceptis Phariſæorum, *alligant onera grauia, & importabilia in humeros hominum*; hoc eſt, imponunt præcepta, tàm affirmatiua, quàm negatiua: quæ commodè adimpleri non poſſunt.

Quid ſit ligare, & ſoluere in ſe iis?

Vnde

Digitized by Google

Vnde ly obligare

56 Vnde ab huiuſmodi verbo *ligere* deductum eſt ly *Obligare*; quoniam qui præceptis ligantur, obligantur nimirum ad cuſtodiam illorum; abſoluere autem idem eſt quod precepta, leges, decreta, cenſuras, pœnas, peccata, vota, & ſimilia tollere, irritare, diſpenſare, minorare, eleuare, atque irrita reddere; conſtat autem quod his duobus omnis Eccleſiaſtica iuriſdictio cōfertur. Videantur de his interpretes, Chryſoſtomus, *f* atque etiam Gregorius, *g* Origenes, *h* Hieronymus, *i* & Ambroſius. K

f *Chryſoſt.*
g *Epiſt.* 32.
h Ho. 1. *in Matthæ.*
i Sup. *Eſai* 22
K *Serm.* 38.

CAPVT OCTAVVM.

Sophiſma Hæreticorum aduerſus præcedentem doctrinam.

Inſurgūt hæretici contra expoſitionem prædictā clauium Petri.

57 DIlucida licet ſint, ac ſenſibus cunctorum obuia, quæ capite præcedenti produximus, adhuc aduerſarij noſtri cum odio habeant pacem Eccleſiæ, odio etiam habent veritatem Chriſti ſponſi, & authoris eius. Sanè duorum generum machinis hanc noſtram adoriuntur prouinciam, vt primo deturbent traditionem clauium fuiſſe traditionem regiminis: ſecundò verò vt impugnent claues hic vni Petro traditas fuiſſe potius quàm alijs Apoſtolis, ſed ex æquo omnibus communicatas eſſe.

Arg. 1. traditionem clauium eſſe nudā prædicādi licentiam.

58 *Primum* arietem primò muniunt dicentes, clauium traditionem nihil aliud importaſſe quàm meram, ac nudam prædicandi, ſiue docendi in Eccleſia Chriſti authoritatem, vti à Paulo explicatum videtur, cum ſcribitur. *a Omnīa à Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum & dedit nobis myſterium reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquam Deo exortante per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini* Deo. Et videtur conſonare his, quæ ſupra nos conſtituimus, videlicèt Petrum eatenus eſſe fundamentum Eccleſiæ quatenus ſolidat roborat, ac confirmat alios in fide. At id tantum fit medio miniſterio docendi, & prædicandi fidem. Ergo in nudo hoc myſterio clauium poteſtas ſiſtitur.

a 2. Cor. 5. 18.

Arg. 2. claues collatas Petro, vt omniū Apoſtolorū perſonā gerenti.

59 Secundum arietem roborant in primis ex eo, quod cum Petrus confeſſionem ſuam nomine cunctorum ediderit, tamquam collegij os, (vtpotè, quod Chriſtus cunctos interrogauerat, inquiens, *Vos autem quem me eſſe dicitis?* ita præmium cūctorum tulit nomine. Quare quod hic ſingulariter promiſſum eſt, poſtea vniuerſaliter erogatum videmus; dicente. Chriſto Apoſtolis. *b Quæcunque alligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis*: & alibi, *c Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.*

b Matth. 18. 18.
c *Ioan.* 20. 22.

Vidētur Patres ab hac mente fuiſſe.

60 Deinde quoniam ſancti Patres in hanc conſpirare videntur ſententiam. Cyprianus enim ita inquit, *d Hoc erant, vtique cæteri Apoſtoli, quod fuit & Petrus, pari conſortio prædìti, & honoris, & poteſtatis.* Item Auguſtinus. *e Quādo Petro dictum eſt tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo, &c. vniuerſam ſignificabat Eccleſiam.* Et Origenes. *f Vere ad Petrum dictum eſt: Tu es Petrus & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam, tamen omnibus* Apoſtolis, *& omnibus quibuſque perfectis fidelibus dictum videtur, quoniam omnes ſunt Petrus, & petræ. & in omnibus ædificata eſt Eccleſia Chriſti.* Lyra denique ſic, *g* Tibi *dabo claues: non ſolum pro te, ſed etiam pro alijs: ſicut enim confeſſio* Petri *erat confeſſio aliorum, ita poteſtas hæc data Petro intelligitur dari alijs.*

d *De ſimpl. Prælat.*
e Tract. 124. in *Ioan.*
f *Hom.* 1. *in* Mathæum.
g *Sup. Matth.* 16

ccc 2 CAPVT

ſumma concederetur poteſtas: maximè cum collata non fuerit niſi perſonaliter, & priuatê, vt patet Matthæi 16. x & Ioannis 21. y

x *Matth.* 16. *&* y *Ioan.* 21.

16 His arundineis iaculis adoriuntur recentiores hæretici ſaxeam rupem illam, contra quam neque inferi portæ præualere obtinebunt. Sed quis niſi luſorijs in cœlum armis dimicat? Quis aſtris bellum indicit, niſi vt puer puerilibus glandibus? aut quæ contra ardentiſsimum ſolem inſurgere audent, niſi nebeculæ, mox miſerrimè diſsipandæ: vt diſsipabuntur iſta, oſtēſa prius ipſa veritate rei, ad quam propterea propere me accingo.

Schoma in præcedentia argumēta.

CAPVT SECVNDVM.

Oſtenditur primatus Petri ex illo Ioannis, a *Tu vocaberis Cephas*: Et ex illo Matthæi, b *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.*

a *Ioan.* 1. *v.* 42
b *Matt.* 16. *v.* 18

17 IAm ſolidæ veritatis ſubſidia erigenda ſunt, vel potius diù multum â Chriſto Domino erecta, perſpicuê demonſtrandūeſt. Sed in primis placet oſtendere inumbrata fuiſſe illo *Eſaiæ* oraculo: c *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum in fundamento fundatum.* In eo enim perſpicuè aſſeritur futurum inter Apoſtolos (qui ſunt fundamenta Sion, d) quendam eminentiſsimum lapidem, id eſt Apoſtolum inſigniter, ſuper fundamentum potiſsimum (qui Chriſtus eſt e) erectum, ita vt illi ſingulariter ſupponatur, & ſubalternetur. Conſtat autem, quod licèt Apoſtoli omnes lapides ſpiritales, myſticiquè dicantur, potiſsimè tamē id Petro congruerit, vt eius præſe nomen refert, iuxta modo dicenda.

c Eſ*ai.* 28. *v.* 16
d *Apocal.* 21. *n.* 14.
e 1. *Cor.* 3. *v.* 11

Oſtenditur primo pars affirmatiua ex vaticinio Eſai. 28. 16.

18 Nunc autem producamus, non quidem vmbram, ſed lucem, non figuram, ſed veritatem huius eximiæ conſtructionis, cuius potiſsima initia deſumpta habentur, ex illa pollicitatione Chriſti ad ipſum Apoſtolum. f *Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis* Cephas, hoc eſt, *Tu vocaberis Petrus*, vt ibi interpretatur Euangeliſta. Et verè ſic fuiſſe appellatum aſſeritur apud Marcum g & Lucam, h potiſsimê autem promiſsionem impletam habemus apud Matthæum, ibi i *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.*

f *Ioan.* 1. *v.* 42.
g *Marc.* 3. *v.* 16.
h *Lucæ* 6. *v.* 14.
i *Matth* 16 *v.* 18

Explicatur locus Tu es Petrus.

18 Eſt tamen notandum primo cum Chryſoſtomo, k prius prædici Petro immutandum nomen, deinde immutari, vt intelligamus hanc rem magni momenti eſſe: ſicut & alia quæ antequam fiant prædicuntur, vt corporis Domini cœna, mors, & reſurrectio, Spiritus ſancti, ſuper Apoſtolos miſsio, benedictio omnium gentium in Abraham, ac terræ Canaam poſſeſsio. Vnde Chriſtus ipſe, l *Nunc prædixi vobis prius quàm fiat, vt cum factum fuerit credatis.*

K *Hom.* 18. *in* Ioan.
l *Ioan* 14. *v.* 29.

Cur prius nuntietur Petro ſuū imutandum nomen & poſtea imutetur.

20 Secundò eſt notandum, quod Chriſtus nec Latina, nec Græca planê nec purè Hebraica, tunc temporis loquutus eſt lingua, ſed Syriaca tantùm quæ vulgaris illi, ac vernacula cum ſuis contribulis Hebræis erat. Quare tā apud *Ioannem*, quàm apud Matthæum dictum eſt Cephas, id eſt. *Tu vocaberis* Cephas, atque *Tu es Cepha*. Euangeliſta autem Ioannes Græcè ſcribens, Græcè dictionem Cepha interpretatus eſt, inquiens, m *Quod interpretatur Petros*. Interpres verò Latinus Latinè reddidit, *Quod interpretatur* Petrus. At neque ly *Petros* Græcê, neque ly *Petrus* Latinê, aliud hic denotant quàm ly *Cepha* Syriacê: Cepha autem idem omnino eſt quod ſaxum, aut grandis, & inconcuſſa petra, & lapis, vt Syriaca nos docent dictionaria, ſecundum obſeruatio-

m *Ioan.* 1. *v.* 42.

Qua lingua loquutus Chriſtus Dominus Petro.

Digitized by Google

ſeruationē Hieronymi,n Bellarminij,o & aliorum obſeruantium,quod vbicunque in textu Hebræo habetur petra, inuenitur Cepha in Syriaco. Vnde in idem recidunt ly Cepha, ly *Petros* ly *Petrus*, & ly *petra* nomen vnum ex translatijs Chriſti, dicente,& argutè Tertulliano obſeruante:p *Chriſtus affectauit cariſsimo diſcipulorum de figuris ſuis nomen communicare.*

n *Sup. ad Galat* 2o.
o *Lib. 1. de Ponti. cap. 1o.*
p *Lib. 4. aduerſus Marcio. c.* 13.

Cur Simoni inditū nomen *Petri*?

21 Rationem autem huius tàm eximiè, tamque ſingularis nomenclaturæ Chriſtus ipſe aperiens ſubiecit: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,* quaſi diceret: ideò te in translatium lapidem aliquando notaui, & nunc te myſticum lapidem aſſero,& nomino, quia ſuper te in ædificare decreui Eccleſiam meam. Creo autem te non qualemcumque petram,ſed ſaxeam & rupem, vtique Cepha, quoniam Eccleſia hæc ſuper te extruenda nullis vmquam incurſionibus,aut ſcopulis atterenda eſt. Hoc enim eſt,quod ſubiungitur, *Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

q *Matt. 16. v.* 18

Quid ſit ly impetritum, ſeu impetratum?

22 Tantum enim roboris,& firmitudinis petris tribuitur iuxta naturam ſuam, vt latinitatis Principes illud dixerint impetritum, ſeu impetratum, quod ſtabile fixum atque immutabile eſt: vt videre liquet in Valerio Maximo ibi,r *C um inquirendum, vel extis, vel ſortibus impetrito.* Et in Plauto, ibi:s *Impetritum inauguratum eſt.* Et in Cicerone ibi:t *M. gna res impetriri ſolebant.*

r *Lib. 1. cap.* 1.
s *In aſina.*
t *Lib. 1. de diuina*

Chriſtus fecit Eccleſiam impetritam.

23 Volens ergo Chriſtus Eccleſiam ſuam ſtabilem inconcuſſam & firmā, impetritam fecit, hoc eſt, in petra fixam, & ad id Petrum ſiue petram tranſlatitiam condidit inquiens:v *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quid hac explanatione ſimplicius, aut quid in ea violenter extortum? Inde Gregorius Magnus; x *Quis neſciat ſanctam Eccleſiam Apoſtolorum Principis ſoliditate firmitam? quia firmitatem mentis traxit in nomine, vt Petrus à petra vocaretur, cui veritatis voce dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorum.* Et antiquior Chryſoſtomus;y *Paſtor & caput Eccleſiæ piſcator homo, atque ignobilis, terrarum orbe reluctante, adamantis naturam ſuperat.*

v *Matth. 16. v.* 18.
x *Li. 6. indict. 15. epiſt.* 37.
y *Hom. 55. in Euangelica.*

Grandiores ædificij lapides pro fundamēto ſubſternuntur.

24 Et ſanè ad quid grandæui, ſaxei, rupeique poſſunt excogitari, inueſtigari, notari, eligi, nedum creari, & aſſumi lapides, cum de extruenda domo ſerius ſermo inducitur, niſi vt infundantur, & ſubſternantur pro vaſi & fundamento eius? maximè cum velut indice proditur, & pariter commendatur aliquis in particulari, illique (quod hic Petro accidit) dicitur: *Tu es Cepha,* id eſt, *Tu es petra, & ſuper hanc petram ædificabo domum meam.* Vnde Cyrillus,z *Nec Simon fore iam nomen illi, ſed Petrus prædicit: vocabulo ipſo commodè ſignificans quod in eo tanquam in petra, lapideque firmiſsimo ſuam eſſe ædificaturus Eccleſiam.* Quare vel cæci hic videbunt, quod Petrus petra illa ſit, ſupra quam Chriſtus promiſit ſe inædificaturum Eccleſiam.

z *Lib. 2. in Ioan. cap.* 2.

CAPVT TERTIVM.

Roborantur interpretationes capitis præcedentis ex doctrina Patrum Græcorum, & Latinorum.

Dionyſ. Areop. ac reliqui ſancti Græci pro parte affirmatiua.

CÆterum ne vnico teſte videar tantum negotium percurre, aut perſtringere, adducā præter relatos, in primis Græcos alios, pariterque Latinos, quos alij ante me delibarūt, tanquam ſummos in hac parte patronos: quibus omnibus refragari nefas.

25 Etenim Dionyſius a planè profitetur Petrum vocatum fuiſſe à Paulo Eccleſiarum fundamentum. Et Origenes inquit: b *Vide magno illi Eccleſiæ fundamento, & petræ ſolidiſsimæ, ſupra quam Chriſtus ædificauit Eccleſiam.* Athanaſ. c *Tu es Petrus, & ſupra*

a *In Epiſt. ad Timoth.*
b *Ho. 3. in Exo.*
c *Epiſt. ad Fœlicē*

Digitized by Google

pra fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ, id eſt, Epiſcopi, ſunt confirmatæ. Baſilius: d *Petrus eſt petra ſupra quam Dominus pollicitus eſt ſuam ſe Eccleſiam ædificare.* Epiphanius: e *ipſe Dominus conſtituit Petrum primum Apoſtolorum, petram firmam, ſupra quam Eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferi non præualebunt aduerſus illam.* Nazianzenus, f *Ex diſcipulis Chriſti magnis, vtique omnibus, & excelſis, atque electione dignis, hic petra vocatur, atque Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habet.* Chryſoſt. g *Tu es Petrus, & ego ſuper te ædificabo Eccleſiam meam:* & rurſum: h *Audi quid Petro dixerit Chriſtus columnæ, & fundamento fidei, qui ob robur cōfeſſionis vocatus eſt Petrus, dicente Domino: Tu es Petrus.* Similia habent ſimiles, vtiq; Theophilactus, i Pſellius, K & integrum Chalcedonenſe Concilium l ex 630. Patribus conſtans, quibus in poſterum omnes verè fideles Græci per omnia ſubſignarunt. Et de Cyrillo demum refert D. Thomas, m quod in libro theſauri ſcriptum reliquit, Apoſtolos in Euangelijs & Epiſtolis affirmaſſe Petrum loco Dei manſiſſe.

26 Ex Latinis Patribus Clemens Rom. ait: n *Simon Petrus veræ fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum Eccleſiæ eſt diffinitus: qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus.* Similia Hippolytus Martyr o ſanctiſſimus & antiquiſſimus habet. Tertullianus rogat: p *Latuit aliquid Petrū ædificandæ Eccleſiæ petrā dictū?* Cyprianus dicit: q *Petrus ſupra quē ædificata ab eodem Domino fuerat Eccleſia vnus pro omnibus loquens, & Eccleſiæ voce reſpondens,* r *ait, Domine, ad quem ibimus?* item. s *Loquitur illic Petrus, ſupra quem ædificanda erat Eccleſia.* Ambroſius, t *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quem petram dicit, firmamentum Eccleſiæ iudicauit.* Item v *Pro ſoliditate Eccleſiarum Petrus petra dicitur, eò quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit & tanquam ſaxum immobile totius corporis Chriſtiani compagem, molemque contineat.* Item occaſione prioris miraculi à Petro editi, vtique claudi curatione, cuius plantas ſolidauit Petrus: x *Si ergo Petrus petra eſt, ſupra quam ædificatur Eccleſia, rectè prius pedes ſanat; vt ſicut in Eccleſia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet.* Hilarius y *Poſt Sacramenti confeſſionem beatus Simon ædificauit Eccleſiam ſubiacens, & claues regni cælorum accipiens.* Item z Appellat Petrū, *primum Dei confeſſorem, Eccleſiæ fundamentum, & ianitorem cæli.* Et alibi: a *In nuncupatione noui nominis fœlix Eccleſiæ fundamentum dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & Tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret:* Hieronymus: b *Super vnum montium Chriſtus fundat Eccleſiam, & loquitur ad eum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meā.* Item: c *Non ſolum Chriſtus petra ſed & Apoſtolo Petro donauit, vt vocaretur petra,* Auguſtinus d *Petrum itaque fundamentū Eccleſiæ Dominus nominauit; & ideò dignè fundamentum hoc Eccleſia colit, ſuper quod Eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit.* Et iterum, e *Pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur: Dominus autem pro dignitate petra nuncupatur.* Et alibi f *Petrus dignus, qui ædificandis in domo Dei populis petra eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum.* Quibus ſubſcribunt Maximus, g Leo, h Iuuencus, & omnes pij ac verè fideles viri. Et demum habetur in decretis Gratiani noſtri. i Sed de his multa, illuſtria que admodum apud Iodocum Coccium. K.

27 Sed audiamus mirabiliter perſonātē Gregoriū: l *Cunctis* (inquit) *Euāgelium ſcientibus liquet, quod voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Petro Principi Apoſtolo, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dicitur: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Item, m *Quis neſciat ſanctam Eccleſiam Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam? Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum Principis ſedes in authoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius eſt. Ipſe enim ſublimauit ſedem, in qua quieſcere, & præ-*

ſentem

Clemēs Roman' ac reliqui Patres Latini pro parte affirmatiua.

Attende Gregorij elogiū pro parte affirmatiua.

d In cap. 2. Eſai.
e In anchorato.
f Orat. de moderatione diſputat.
g Ho. 55. in Matth.
h Idem hom. 2. in Pſal. 50.
i Sup. Luc. 22.
K Apud Theodoretum li. 3. in Cātica.
l Actio. 3.
m In opuſc. contra errores Græcorum.
n Epiſt. 1. ad Sacibam fratrē Domini.
o Lib. de conſummat. mundi.
p Lib. de præſc.
q Lib. 1. Epiſt. 3
r Ioan. 6. v. 68.
s Idem Cypr. li. 4
t Epiſt. 9. & epiſtola ad Quirinum.
t Li. 4. de fide c. 3
v Idem ſerm 47.
x Actor. 5. v. 3.
y Lib. 6. de Trinitate.
z Idem ſup. Pſa. 131.
a Idem canone 16 in Matthæum.
b In cap. 1. Eſai.
c Idem in cap. 16 Hierem.
d Serm. 15. de Sāctis.
e Idem ſerm. in cathedra ſancti Petri.
f Idem ſerm. 19. de Sanctis.
g Serm. 1. de ſancto Petr. & Pau.
h Serm. 2. de ſanctis Petro & Paulo, & Epiſt. ad Epiſ. Vienen. & epiſt. ad Geminianum.
i 19. d. c. ita Dominus.
k Lib. 7. de Hierarch. Eccleſiæ, artic. 4.
l Lib. 4. inductio. 14. epiſt. 32.
m Idem lib. 6. induct. 15. epiſt. 37.

ſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decorauit ſedem, in qua Euangeliſtam diſcipulum miſit. Ipſe firmauit ſedem, in qua ſeptem annis, quamuis diſceſſurus, ſedit. Cùm ergo vnius, atque vna ſit ſedes, cui ex authoritate diuina tres nunc Epiſcopi præſident, quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo.

Conſtans igitur eſt, Chriſtum iuxta ſanctos Patres prædictis verbis promiſiſſe Petro ſe ſupra illum tamquam ſupra fundamentum immobile inædificaturum Eccleſiam; & proin le eſſe caput illius, eo quod fundamentum & caput myſticè idem ſunt. Ex quo illud Abacuc Prophetæ: n *Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum.* Sed adhuc inferius redibit ſermo de hoc. n *Abacuc. 3. 13.*

CAPVT QVARTVM.
Hæreticorum cauillationes contra doctrinam capitis ſecundi & tertij ponuntur, & exploduntur.

Arg. 1. contra prædicta capite præcedēti.

28 MVltis nihilominus aduerſus prædicta hæretici pugnant cauillis. Quorum primum eſt, nihil ſoliditatis Simoni accreuiſſe propter illa Chriſti verba, a *Tu es Petrus, &c.* Siquidem diu poſtea orauit Chriſtus, b vt non in fide deficeret: quod tamen ſuperfluum eſſet, ſi ex quo audiuit à Chriſto, *Tu es Petrus*, ſolidiſsimus in fide redderetur. a *Matth. 16. 18.* b *Luc. 22.*

Arg. 2 ad idem.

29 Secundum eſt, Simonem fundamēti Eccleſiæ rationem neutiquam accepiſſe, ſed neque accipere potuiſſe, niſi ex quo accepit poſſe fideles in fide ſolidare: hoc enim eſt proprium fundamenti Eccleſiæ. At neque hoc accepit quando audiuit, *Tu es Petrus*: Sed cùm dictum eſt illi: c *Tu aliquando cōuerſus confirma fratres tuos.* Ergo illis ſaltem d verbis non probatur Petrum eſſe fundamentum Eccleſiæ. c *Luc. 22.* d *Matth. 16.*

Arg. 3. ad idem.

30 Tertium denique, quod licèt verè Chriſtus vtrobique dixerit *Cepha*, inquiens, *Tu es Cepha, & ſuper hanc Cepha ædificabo Eccleſiam meam*: at Matthæus, locupletiſsimus verborum Chriſti interpres, ſic propoſitiones ordinauit, vt in prima expreſſerit, ac poſuerit *Petrum*, in ſecunda verò *petram*, ita vt expreſſè Petrum à petra diſtinxerit: non enim retulit Chriſtum dixiſſe, *Tu es Petrus*, & ſuper hunc Petrum; ſed *ſed ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Cùm ergo ædificationem Eccleſiæ Petræ commodauerit non autem Petro, ſequitur quod intellexit non Petrum, ſed aliud cui nomē Petræ conueniat aſſumptum fuiſſe in ædificium Eccleſiæ. Qualis autem ſit hæc petra, aut quid? adhuc apud illos eſt ſub litigio. Quidā enim dicunt eſſe Chriſtum ipſum, de quo Paulus: *Petra autem erat Chriſtus*: quidam quod ipſa fides, quā Petrus profeſſus eſt, vel ipſa cōfeſsio fidei: quidam denique quod omnes fideles talem fidem habentes. Quorum fundamenta infra nos referemus, & refellemus. *1 Cor. 10. v. 4.*

Myſteria impoſitionis nominis Petri.

31 Cæterum quis non videat hæc omnia ſophiſmata eſſe, ac meras diuini verbi deprauationes? Cùm huius nominis impoſitionem tot mira, ac portenta præceſſerint? Sanè Chriſtus cùm primum obuium habuit Petrum, oculorum aciem, non tantùm direxit in eum, ſed defixit, dicente Euangeliſta. e *Intuitus autem eum IESVS*, mox Cephæ nomenclaturam illi inauguratus eſt, inquiens: f *Tu vocaberis Cephas*. Poſt præmiſſam item à Petro coram Apoſtolico cœtu confeſsionem fidei, in præmium, & remunerationem tanti operis hoc Cephæ nomen indidit ei, & quidem non vulgaribus, aut ſimplicibus, ſed potius ſolemnioribus verbis, vtique; g *Et ego tibi, quia tu es Petrus, &c.* e *Ioan. 1. v. 42.* f *Vbi ſup.* g *Matth. 16. v. 18.*

32 Quis autem tam vacuus cerebro, vt inane reputet, ac myſterijs vacuũ nomen illud, cuius impoſitionẽ tot cœlica præceſſerũt myſteria, procœmia, pollicitationes, merita, & præambula? ac tandem quod à Domino in pretiũ tam inclytæ confeſsionis magnificê inditum eſt: & quidem à Domino il-lo, qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ea quæ ſunt? & de quo ſcriptum habemus, *h* Dixit *& facta ſunt, mandauit & creata ſunt?* Si ergo tam ſerio tamque aſſeueranter dixit: *Tu es Cepha*, cur translatitiè quidem non erit Cepha? hoc eſt, Cephæ ſtabilitatem, firmitudinem, & inflexibilitatem habens, ac referens? ita vt, ex quo Cepha officium & munus inciperet exercere, comminui, vel atteri, frangi, aut ictibus cædere in aſſenſu fidei non poſſet.

Petri nomen myſterijs plenum.

h *Rom.4.v.*
i *Pſalm.148.v.5*

33 Certè ſicut ex quo Chriſtus ipſe dixit Apoſtolis, *k Vos eſtis ſal terræ: Vos eſtis lux mundi*, ſalis, ac lucis encomia, proprietates, atque virtutes illis ſpiritualiter, ac translatitiè communicauit; neſcio quis tam iniquus rerum æſtimator, vel potius dilucidæ veritatis malignus ac petulantiſsimus óſor, & nebulo, vt cum Chriſtus ipſe dixit tam aſſeueranter, tamq; ſolemniter Petro, *Tu es Cepha*, Cephæ non indiderit illi natiuas & proprias conditiones, encomiaque infuderit, ſuum omnino ſtatum concernentia, vtique inſuperabilem inflexibilitatem in fide: ni aliquis impudẽter diceret parturijſſe mõtes, & natum fuiſſe ridiculum murem, quod pluſquam blaſphemum eſt.

k *Matth.5.13*

Magni refert bon: nominis impoſitio à Deo.

34 *I*nde ſancti Patres à petræ nomenclatura petræ conditiones in Petri perſona arguunt: Auguſtinus enim inquit: *l Ego ingenuè fateor explicare non poſſe dignitatem Petri, cui petræ nomen, & rem* Chriſtus *dedit*. Et Leo Magn. *m Petrus firmitatem petræ, quæ nullis impulſionibus quateretur, accepit*: Item. *Cum ego (dicit Dominus) ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis: tamen tu quoque petra es, qui à mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia*. Et Ambr. *n Petrus pro fidelitate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait* Dominus: *Tu es* Petrus, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei ſundamenta poſuerit, & tamquam ſaxum immobile totius corporis* Chriſtianitatis *compagem, molemque contineat.*

Patres Petri nomen extollunt.

l *Serm.2. de Apoſt. Pet. & Pau.*
m *Serm.1. in anniu. dedicationi..*
n *Serm.47. & refertur dict.50.c.54. fideliter.*

CAPVT QVINTVM.

Diluuntur ſigillatim obiectiones capitis præcedentis.

35 NEque obſtant primum & ſecundum cauillum obiecta initio capitis præcedentis. Quoniam licèt Chriſtus non aperuerit Petro ſe pro eius ſtabilitate, & conſoliditate oraſſe, vt ſe, & alios firmos teneret in fide, niſi quando iã ad mortem properabat: at non dixit ei, quod tũc primò, hoc eſt, ſub tempus mortis ſuæ id ad Patrem rogauit, aut quod ex tunc primo rogaturus eſſet, ſed potius, quod iam rogauerat: dixit enim, *Ego rogaui pro te Petre*. Fortè ex quo fecit illum Cepha pro ſtabili fundamento fidei. Cum enim ſuapte natura id Petro non congrueret, oportuit precibus impetrari à Deo, & ſuperne infundi.

Quando rogauit Chriſtus vt fides Petri nõ deficeret.

36 Neque rurſum obſtat tertium cauillum: primo quoniam nullius rei, ſed vocis dũtaxat diſtinctio facta hic eſt. Petrus enim, & petra idem rei ipſa ſunt licèt genere declinationis differant tamquam maſculinum & fœmininum. Quæ diſtinctio tantum abeſt, vt obſtet, quod potius mirè faueat expoſitioni catholicæ. Cum enim Chriſtus Simoni dixiſſet, *Tu es Cepha*, quod ſignificat inconcuſſam petram: vt vocis etiam etymon explicaret, ſubdidit, *& ſuper hanc petra m ædificabo* Eccleſiam *meam*: quaſi diceret, petram ſolidiſsimam te aſſerui & quidem non fruſtra, nec vanè, ſed potius vt ſupra illam meam Eccleſiam conſtruam, hoc eſt, non ſupra aliam, ſed ſupra illam prorſus.

Petrus & petra idem in re.

Quare

Digitized by Google

Quare ſignificantius dicitur, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quàm, *Supra hunc Petrum ædificabo, &c.* Tùm quoniam ædificijs ſupponi lapidem naturale eſt, hominem autem minimè. Tùm quia Simon, non quia Simon, imò neque quia Petrus nomine, ſed quia re ipſa petra myxticè, & translatitiè fundamenti obtinuit rationem.

Hebraice loquẽdo & Chaldaice, idem ſunt petra & Petr⁹.

d *De ſimpl. Prælat.*
e *Tract.* 124. *in Ioan.*
f *Hom.* 1. *in Matthæum.*
g *Sup. Matth.* 16

RESIDVVM SVMMARII EIVSdem dubij.

65 Non promiſſa eſt Petro clauis in ſingulari: ſed claues in plurali.
66 Quænam Petri claues, ſecundum Auguſtinum?
67 Quæ ſit potentia ligandi & ſoluendi in Petro?
68 Quodnam munus clauium?
69 Reſpondetur argumento ſecundo octaui capitis ad numerum 61.
70 Chriſtus ſingulariter proſpexit Petrum in Pontificatus erectione.
71 Vt Petrus ſingulariter reſpondit Chriſto, ita Chriſtus ſingulariter gratiam retulit Petro.
72 Alibi Apoſtolis alijs clauium poteſtatem contulit Chriſtus.
73 Prius Petro, poſt alijs Chriſtus clauium poteſtatem promiſit.
74 Petrus in clauium poteſtate ſuper omnes Apoſtolos eminet.
75 Idem oſtenditur ex ſanctis Patribus.
76 Poteſtas clauium promiſſa tantum fuit, non vero tradita vlli ante reſurrectionem Chriſti, & cur?
77 Quando reipſa tradita poteſtas clauium Petro?
78 Cum perſona Petri loquebatur Chriſtus, cum paſcendi officium contulit: non cum alijs Apoſtolis.
79 Quid apud ſacras literas ly paſcere?
80 Quid ſit apud Zachariam aſſumere duas virgas decoris & funiculi?
81 Paſcere apud Chriſtum idem quod fideliter regere.
82 Quid apud Chriſtum agni, & quid ly oues?
83 Paſtor agnorum & ouium paſtor fidelium vt ſic.
84 Verba Petri innuũt diſcrimen eius à reliquis Prælatis.
85 Oſtendit Leo Papa vniuerſalitatem dignitatis Petri.
86 Idem oſtendunt Euſebius & Chryſoſtomus.
87 Cur Ioannes ſuum Euangelium abſoluit hiſtoria primatus Petri?
88 Obijcitur ex Auguſtino contra prædicta præcedentis capitis; & obiectio diluitur.
89 Ex Bernar. reſponditur.
90 Ex Clemente reſpondetur.
91 Obijcitur quod ly paſcere ſit idem quod cibũ præbere, ſed obiectio retunditur.
92 Cur non præcepit Chriſtus fidelibus, vt Petro obedirent; ſed Petro vt fidelibus miniſtraret?
93 Quomodo vnus Petrus ſufficiat pro vniuerſali Eccleſia?
94 Petrus coram Apoſtolis fungitur ſummi paſtoris officio.
95 Expendunt id Patres.
96 Iterum coram Apoſtolis Petrus vtitur officio vniuerſalis Præſulis.
97 Petrus Apoſtolorum os.
98 Rurſum Petrus vtitur vniuerſali clauium poteſtate.
99 Vt quid morte punitur Ananias & Zaphira per Petrum?
100 Luſtrat omnia loca Petrus tanquam dux omnium.
101 Primus Iudæorum & gentium prædicator Petrus.

102 Apoſtoli expectarunt prædicationem Petri, vt ipſi prædicarunt.

103 Omnibus Apoſtolis commune fuit ius prædicandi.

104 Petrus & Paulus vbique prædicarunt, & Eccleſiam conſtituerunt.

105 Primus ob prædicationem Petrus laceſſitus eſt.

106 Primus qui ex diuina reuelatione Chriſtum confeſſus eſt, fuit Petrus.

107 Petrus primus omnium in Concilio Apoſtolorum loquitur.

108 Primatus Petri ex Clemente Romano, Hippolyto, Conſtãtino Imperatore, Concilio Niceno, Baſilio, Cyrillo Hieroſolymitano.

109 Nazianzenus, Epiphanius, Chryſoſt. Caſsianus, Cyrillus Alexand. agnoſcunt primatum Petri.

110 Primatus Petri ſecundum Tertullianum, Cyprianum, Marcell. Melchiadem Papam, Ambroſium, Hieronymum Damaſcenum, Leonem Magnum, & alios.

111 Apoſtoli agnouerunt à Chriſto quod illorum aliquis maior erat futurus.

112 Ob primatum Petri ſuborta eſt contentio inter Apoſtolos.

113 Cur Apoſtoli non percaluerunt verba primatus Petri?

114 Obiectio notanda.

115 Notanda obiectionis ſolutio.

116 Cur Chriſtus ſe prædicauit miniſtrum inter Apoſtolos?

117 Dominandi libido Apoſtolos concitauit.

118 Summus Pontifex appellatur Paſtor ſimpliciter: reliqui autem non ita.

119 Sancti Patres id aſtruunt.

120 Chriſtus nulli in particulari præfuit Eccleſiæ, etiam Hieroſolymitanæ.

121 Eccleſia Hieroſolymitana tempore legis ſcriptæ, maxima: at tempore legis gratiæ non ita: & cur?

122 Cur Hieroſolymi templum deſtructum?

123 Archiepiſcopus Hieroſolymi ſubeſt Patriarchæ Antiocheno: imo & Archiepiſcopo Caſarienſi.

124 Quidnam antiquiores Patriarchatus & quomodo Hieroſolymitanus non fuit verus patriarchatus?

125 Quid ſit Iacobum conſtitui Epiſcopum Apoſtolorum?

126 Cur ſublimiores Apoſtoli non aſſumpſere ſibi Hieroſolymitanam Eccleſiam?

127 Cur Iacobus Eccleſiæ Hieroſolymi præfectus.

128 Paulus per antonomaſiam vocatur Apoſtolus: at Petrus Apoſtolorum Princeps.

129 Cur Paulus dextrum teneat latus, Petrus ſiniſtrum?

130 Cur Paulus in diplomatibus dextrum, in numiſmatibus vero ſiniſtrum latus à Petro teneat?

131 Quo iure Paulus potuit reprehendere Petrum ſuperiorem Pauli?

132 Rationabilis correctio hæc Pauli in ſuum Principem Petrum.

133 Omnis fons ſubeſt correctioni.

134 Licet Paulus plus omnibus laborauit, non ſequitur quod omnibus præfuit.

135 Cur Timotheus à Paulo circumciſus: non verò Titus?

136 Petrus Concilio Apoſtolorum præfuit.

137 Cur nuntij dicantur miſsi à Cõcilio.

Digitized by Google

ſtis Apoſtolorũ? non verò à Petro
138 Cur dicatur Petrus miſſus ab Apoſtolis ad prædicandum: ſi Petrus præſidebat Apoſtolis.
139 Tantum valet baptiſmus ab vno quàm ab alio miniſtro collatus.
140 Chriſtus in baptiſmo habet dupli cem virtutem.
141 Non obfuerũt errata Petro quò minus Eccleſiæ præficeretur.
142 Peccatores conuerſos Deus maximè ad honores erexit.
143 Magna Chriſti gratia ad Petrum.
144 Deus permittit mala ob ingentia bona.
145 Cur in Eccleſiæ vertice collocandus, permiſſus fuit cadere.
146 Aliæ ad idem cauſæ.

Non promiſſa eſt Petro clauis in ſingulari, ſed claues in plurali.

PRæterquam quod hìc à Chriſto non promittitur clauis, ſed claues. Ergo ſi clauis ſignificat aliquam poteſtatem, conſequens eſt, quod claues plures poteſtates deſignent: & proinde quod licet his verbis Chriſtus pollicitus fuerit facultatem ſcientiæ, etiam pollicitus ſit facultatem aliam, vtique facultatem potentiæ, nimirum illam ab ipſo planè expreſſam ligandi, atque ſoluendi; & proinde hanc non eſſe illam, neque ſitam eſſe in actibus eius, ſed in alijs longè diuerſis, qui ſunt non quidem ſcire, & docere; ſed ligare, & abſoluere, regere, & gubernare.

Quæ nã Petri claues ſecũdum Auguſt.

66 Inde Auguſtinus: n *Claues ſunt diſcernendi ſcientia, & potentia, qua dignos recipere, & indignos excludere debet à regno.* Et Lyra. *Istæ claues non ſunt naturales, ſed poteſtas ſpiritalis duplex; vna eſt poteſtas diſcernendi peccatum à non peccato, ſicut in veteri lege Sacerdotes iudicabant inter lepram, & non lepram: alia eſt poteſtas admittendi ad regnum, vel excludendi ſecundum verum iudicium præhabitum, quia debent indigni excludi, & digni recipi.* Et monet: *Aduertendum eſt, quod licet homo non poſſit hoc benefacere ſine ſcientia, tamen ſcientia non dicitur clauis, ſed poteſtas iudicandi per ſcientiam præhabitam: & ideò licet ſcientia non ſit clauis, tamen neceſſario præexigitur ad debitum vſum huius clauis.* n *Vbi ſupra.*

Quæ ſit potentia ligãdi & ſoluendi in Petro?

67 His addamus, quod cum multo ante Chriſtus ſuos feciſſet diſcipulos: o *Sal terræ, & lux mundi*, & ideò miſiſſet eos prædicare p ſingulariterque iam diu Petro, & Andreæ dixiſſet: q *Faciam vos fieri piſcatores hominum*, mediis videlicet diuini Verbi hamis, ac retibus: nihil nouit propter rem confeſſionis tam nouam, tamque illi in pretio habitam, & gratam promiſiſſet. Altius ergo aliquid in gratiam tam inclytæ confeſsionis ſpopondit, vtique non clauem ſcientiæ, ſed potentiæ, ad verè, & propriè ligandum, vtique per cenſuras, conſtitutiones, leges, præcepta, priuationes, ſuſpenſiones, irregularitates, & alia ſimilia, quæ pertinent ad poteſtatem iuriſdictionis, atque etiam à prædictis excommunicationis, & aliarum pœnarum, & vinculorum nexibus, per eandem iuriſdictionis authoritatem, necnon ad relaxanda peccatorum vincula per ordinis poteſtatem exercitam miniſterio & vſu Sacramentorum, quæ ſunt fontes gratiæ per quam omne mortale illicò expellitur crimen. Quare appoſitè appellantur claues duæ facultates iſtæ; quoniam clauium eſt aditum præcludere, vel expeditum accedentibus præbere. Explicatæ verò à Chriſto Domino ſunt per actus liligandi, atque ſoluendi, quia non aliter præpeditur acceſſus ad Regnum cœlorum, aut etiam expeditur, quàm innodatione, vel relaxatione ligaminis. Ipſa enim cœlorum porta ex ſe iam patens eſt, r quia tamen nihil coinquinatum poteſt introire per eam, ideò impedimenta ad ingreſſum ex parte accedentium dumtaxat cõſideranda ſunt: & proinde in tantũ illis clauditur, vel reſeratur hæc ianua, in quantũ illi vinculis conſtringuntur, vel ab eis eximuntur. Per quæ patet ad argumẽta in cõtrariũ. Quoniã nõ ſola ſciẽtiæ claue, ſed potẽtiæ potius iuriſdictionis, & ordinis fideles

o *Matth. 5. 13. & 18.*
p *Matth. 10. 7.*
q *Matth. 4. 19.*

68 Quodnã munus clauium

r *Apocal. 14.*

Digitized by Google

in fide ſolidantur, & reconciliantur Deo. Legibus enim, monitis ſalutaribus, atque pœnis tenentur in officio diſcoli etiam fideles; gratia verò Sacramentorum Deo reconciliantur, vt ſapienter Diuus Thomas notauit. *ſ*

ſ S. Matth. 18.

CAPVT DECIMVM.

Diluitur alterum ſophiſma ex obiectis cap. 8. Et oſtenditur priuilegium Petri, Matthæi 16. non pertinuiſſe ad alios Apoſtolos.

a Matth. 16. 17.

Reſp. argumento 2. 8. capitis ad nu. 61.

69 SECVNDVM Arietē valdè cōcutiunt ipſa Domini verba, quæ habent: *a Beatus es Simon Barjona. Quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi; ſed Pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Hæc enim omnia notis ſingularibus plena ſunt, quæ omnino innuunt orationem ſingulariter dirigi ad vnum Petrum, remque ſingulariter geri cum ipſo.

Chriſtus ſingulariter proſpexit Petrum, in Pontificatus erectione.

b S. Matth. 16.

c Cāt. 15. in Mat.

70 Etenim licet Chriſtus omnes ex æquo interrogaſſet: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* & Petrus ex perſona omnium (vt ait Hieronymus) *b* reſpōdiſſet, *Tu es Chriſtus Filius Dei viui*: Quia tamen cœleſtis Pater non omnes, aut ſaltē non ex æquo omnes, ſed ſingulariter Petrum illuſtrauit, ac monuit, vt tantum reſponſum primus ederet, tacentibus alijs (vt notauit Hilarius) *c* & nō ſolū tacētibus, quinimo & diſcētibus; ideò Chriſtus audito reſpōſo nō æque ad omnes, ſed ſingulariter ad Petrum conuerſus eſt, illiuſque fœlicitatem miris eſt encomijs proſequutus, & ineffabilibus promiſsionibus obteſtatus: quoniam promiſsio clauium fuit editæ confeſsionis præmium: dicente hic Hieronymo: *d Mercedem recipit vera confeſsio.* Et Leone I. *e Hoc obtinuit illa confeſsio, quæ à Deo Patre Apoſtolico inſpirata cordi, omnia humanarum opinionum incerta trāſcendit.* Hilario *f* ſimilia hic aſſerente: item & Ambroſio *g* dicente de Petro: *Quia ſolus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur.*

Vt Petrus ſingulariter reſpōdit Chriſto; ita Chriſtus ſingulariter gratiam retulit Petro.

d Super hunc locum.

e Ser. 1. in annuis die.

f Super hunc locū

g Super Lucæ 24

71 Itaque licet Chriſtus interrogatione ſua neminem in particulari, ſed omnes ex æquo Apoſtolos circunſtantes perſtrinxerit; vtpotè, quorum omnium mentes explorare in hac parte volebat; tamen quia in reſponſione Petrum cœleſtis Pater à cunctis diſcreuit, & præ cæteris extulit, ideò Filius eū in remunerationū pollicitatione ſingulariter magnificauit, vt quæ Pater cœpit, ipſe perficeret, & quæ Pater ſignauit, Filius deſignaret, & coleret.

Alibi Apoſtolis alijs clauium poteſtatē cōmiſit Chriſtus.

h Matth. 18. 18.

i Ioan. 20. v. 16.

72 Hinc diſerte perſpicitur, ſingularem iſtam promiſsionem clauium, vel ad ſolum Petrum pertinuiſſe, non verò ad alios; nam pro illis alia promiſsio facta eſt, vtiq; Matth. 18. *h* & Ioan. 20. *i* vel ſingulariter ſaltē ad eū, & nō ex æquo ad omnes intereſſentes Apoſtolos, ſed potius ad iſtos per illum, veluti ad inferiora membra per influxum capitis. Sicut enim cœleſtis Pater non ſimul, neque ex æquo filij ſui notitiā illis omnibus reuelauit, ſed prius, ac proximius Petro, mox per Petrum illis; ita & Filius poteſtatem clauium.

Prius Petro poſt alijs Chriſtus clauium poteſtatem promiſit.

k Serm. 3. in anniuerſ. die aſſumpt. ſuæ.

73 Huius rei gratia Leo magnus de Petro ſcriptum reliquit *k* *Magnum, & mirabile dilectiſſimi huic viro cōſortium potentiæ ſuæ tribuit diuina dignatio: & ſiquid cum eo commune cæteris voluit eſſe principibus, numquam niſi per ipſum dedit quidquid alijs non negauit.* Et Rurſus. *Propter quod dicit Beatiſſimo Petro: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcūq; ligaueris ſuper terram, &c. Tranſiuit in alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, & ad omnes Eccleſiæ Principes vis decreti*

huius

Digitized by Google

huius commeauit, ſed non fruſtrà vni commendatur quod omnibus intimatur. Petro enim ideò hoc ſingulariter creditur; quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma præponitur. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur.

Petrus in clauiũ poteſtate ſuper omnes Apoſtolos eminet.

74 Itẽ Iulius Pontifex, antiquitate pariter, ac ſapientia eximius, ad idẽ: l Connexio totius corporis vnam ſanitatem, vnam pulcritudinem faci: & hæc quidem connexio vnanimitatem requirit, ſed præcipuè exigit concordiam Sacerdotum, quibus etſi dignitas communis eſt, non tamen ordo generalis eſt. Quoniam & inter beatiſsimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt cæteris præemineret, de qua forma Epiſcoporum quædam eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione prouiſſum eſt, ne omnia ſibi omnes vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouintijs ſinguli, quorũ inter Patres haberetur prima ſeries: & rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam beati Patri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vmquam à ſuo capite deſideret.

l Epiſt. ad Orien. Epiſcop.

Idem oſtenditur ex ſanctis Patribus

75 Neque verò aliud eſt, quod Cyprianus, Auguſtinus, cæterique relati pro contraria ſententia volunt. Nam Cyprianus mox ſubdidit: Exordium ab vnitate proficiſcitur, & primatus Petro datur, vt Eccleſia vna monſtretur. Nimirum quia niſi ab vno capite Eccleſiam ſuã vnitatem non accipit, vt ſupra m ex eodem Cypriano oſtendimus. Et Auguſtinus ibidem ait, Eccleſiæ Petrus Apoſtolus (propter Apoſtolatus ſui primatum) gerebat figurata generalitate perſonam, vti que ſicut caput alicuius regni aut Eccleſiæ gerit totius regni, aut Eccleſiæ figuram, & perſonam. Propter quod apud Matthæum dicitur. n Dic Eccleſiæ. Hoc eſt Eccleſiæ Præſuli, & Prælato, quoniam caput corporis etiam myxtici pro integro corpore computatur. Chryſoſtomus etiam eodem habet loco. Eccleſiæ paſtor, & caput piſcator homo, qui adamantis naturam firmitate ſuperat. Huic quæ ſolius Dei ſunt Chriſtus pollicetur daturus, Hieremiam enim vnigeniti Deus, Petrum autem vniuerſo terrarum orbi Chriſtus præpoſuit. Nec Theophilactus aliud voluit, niſi quod omnes Apoſtoli Epiſcopalem ſunt gratiam adepti, licèt vni Petro dictum ſit. Tibi dabo claues. Origenes ſimiliter ait eo loci: Qui præ cæteris cõfeſſus eſt, præ cæteris donatur clauibus. Demũ Lyra cõcludit: Poteſtas hæc data Petro intelligitur data alijs: licèt Petro principalius in quãtum erat aliorum capitaneus.

m Sup. dub. 1. c. 4

n Matth. 18. 17.

Poteſtas clauium promiſſa tantũ fuit non verò tradita vlli ante reſurrectionem Chriſti, & cur.

76 Neque verũ eſt quod obijcitur, promiſsionem hanc fuiſſe impletã cũ dictum omnibus diſcipulis eſt, o Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Quoniam hìc claues cœlorum non tam dantur quàm promittuntur; imò neutiquam dantur, ſed tantum promittuntur, eo quod poteſtas ordinis niſi initiatis in ſacris minimè cadit, cùm tamen nullus eorum pro tunc ſacris initiatus eſſet, ſed neque initiandus vſque ad tempora reſurrectionis Chriſti. Maximè quod neque Sacramenta erant inſtituta pro tunc, quorum tamen efficacitate opus erat ad ſoluendos peccatorum nexus, & laqueos.

Propter quod nec poteſtas clauium erogata eſt, niſi poſt Paſſionem
ac Reſurrectionem Chriſti: iuxta quæ Diuus
Thomas notat. p

o Math. 18. 18.

p Sup. Matth. 16 cap. 8.

CAPVT

BIBLIOTECA ... BOITI...

CAPVT VNDECIMVM.

Probatur idem Petri primatus illis Chriſti Domini verbis, P*aſce oues meas.*

Ioan. 21. 17.

a Ioan. 21. v. 16. & 17.

Quando reapſe tradita poteſtas clauium Petro?

TErtio demonſtratur præfectura Apoſtoli *Petri* elogio illo Chriſti, *a* cuius hæc eſt ſeries. *Cum prandiſſent, dixit Simoni Petro* IESVS, *Simon Ioannis dilegis me plus his? reſpondit ei, etiã Domine; tu ſcis quia amo te. Dicit ei, paſce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligis me? ait illi, etiam Domine; tu ſcis quia amo te; dicit ei paſce agnos meos. Dicit ei tertio Simon Ioannis amas me?* Et dixit ei Domine *tu omnia ſcis, tu ſcis quia amo te, dicit ei paſce oues meas.*

b Matth. 16. 18.

His planè deprehendimus re ipſa præſtitam & inditam Petro poteſtatem clauiũ, quam Chriſtus ei promiſerat. *b* Quoniam in primis promiſit eas Petro illi, qui dicebatur Simon filius *Ionæ*, iuxta id: *Beatus es Simon Bar-jona, tibi dabo claues regni cœlorum.* Hic autem ſermonem conſerit cum Simone filio Ioannis, atque ad eum dirigit inquiens, *Simon Ioannis.*

Cũ perſona Petri loquebatur Chriſtus cum paſcendi officium contulit: non cum alijs Apoſtolis.

78 Deinde promiſsionem illam fecit Petro ſingulariter, & ſpecialiter dicens, *Tibi dabo claues:* hic autem etiam ſingulariter, & ſpecialiter donarium præſtat *Petro*, à cæteris Apoſtolis condiſtincto, & illis comparato; iuxta interrogationem præmiſſam *Diliges me plus his?* vtique pluſquam Ioannes, Iacobus, Andreas, Thomas, Nathanael, ac reliqui adſtantes, & tunc adhærentes Chriſto iam à mortuis ſuſcitato. Vnde Chryſoſt. *Alijs omiſsis dumtaxat Petrum affatur.*

Rurſum promiſsio illa continebat vniuerſalem Eccleſiæ præfecturam cũ authoritate plenaria ligandi, atque abſoluendi, vt patet ex hactenus dictis in explicationem illorum verborum, *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo* Eccleſiam *meam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris, &c.* Hic autem in vniuerſali vniuerſalis Eccleſiæ regimen committitur, & reipſa traditur cum dicitur *Paſce agnos meos. Paſce oues meas.*

Quid apud ſacras literas ly paſcere.

97 Sanè ly paſcere, tàm in ſacris, quâm in profanis literis ſignificat idem, quod regere, dirigere, fouere, alere, & neceſſaria vbique, & oportunè gregi demandato miniſtrare: metaphora deſumpta à paſtoribus, qui eatenus dicuntur greges ſuos paſcere, quatenus eorum regimini incumbunt. Quod quidem, non ſolum cibandi miniſterium includit, ſed potius omnia illa ambit, quæ ad bonam gregis culturam, integritatem & indemnitatem ſpectãt; iuxta id *c Tu paſce populum meum Iſrael:* & iterum, *d Vt paſceret populum meum Iſrael.* Et iuxta illud Pſalmiſtæ *Elegit* Dauid *ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium; paſcere Iacob ſeruum ſuum, &* Iſrael *hæreditatem ſuam: & pauit eos in innocencia cordis ſui, & intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Et illud Petri, *f Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Domini, non coactè ſed ſpontanee.* Quare vbi nos habemes *g* *Dominus regit me* Hebrea habent *Dominus paſtor meus*, ſeu *Dominus paſcit me.* Item Hieremias. *h Paſcite vos ſcientia & doctrina.*

c 2. Reg. 52. & 1 Paral. 11. 2.
d 2. Reg. 6. 7.
e Pſal. 77. v. 71.
f 1. Pet. 5. 2
g Pſalm. 22. v. 1.
h Hierem. 3. 15.
i Zachar. 11. v. 1

Quid ſit apud Zachariam aſſumere duas virgas decoris & funiculi.

80 Inde Zacharias *i* aſſumpſit duas virgas ſibi, quarũ alteram vocauit decorem, alteram vero funiculum, vt paſceret gregem. Hoc eſt vt iam blanditijs, iam minis, iam benignitate alliciendo, iam terrore fugando, iam ducendo ad paſcua, iam reducendo, & reuocando, iam præmia, iam pœnas proponendo, illum moderaretur, & regeret, duceret, & ageret. Indeque apud Homerum Principes nuncupantur *K Paſtores populorum.*

K Illiad. 10. pro parte initium.

Paſcere apud Chriſtũ, idem quod fideliter regere.

81 Sed quidquid apud alios ſit, certo certius eſt, quod in ſermone Chriſti oportunê paſcere idem eſt, quod fideliter regere, prudenterque adminiſtrare, ſiue gubernare populum, vt patet ex illo Lucæ, *l Quis putas eſt fidelis ſeruus*

l Lucæ 24. 45.

& pru-

& prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram? Hoc eſt, magni fiet, magnumque apud Patrem meum tanquam fidelis, & prudens obtinebit meritum præfectus ille populi, qui prouidè ſe geſſit in illum, omnia quæ vſui erant opportunè impendens, & tribuens. Conſtat autem non promereri apud Deum fidelitatis & prudentiæ laudem præfectus populi: cui tantum de annona populi cura & ſolertia eſt. Quoniã benè paſtus populus poterit exorbitare, & peſſum ire. Nomine ergo pabuli opportuni, ſeu tritici menſuræ tempeſtiue erogatæ, non pura pabuli exhibitio, ſed bona regiminis adminiſtratio intelligenda eſt, vt omnes pij, ac periti interpretes perpetuò intellexerunt. Præterquam quod licet interpres Latinus ter paſcendi verbo ſit vſus, in originali tamen bis tantùm habetur; nam in reſponſione tertia non dicitur *Paſce*, ſed *rege oues meas*. Vt ante me Stapletonius *m* monuit, & vidit.

m *Lib. 6. princip. fidei cap. 10.*

Quid apud Chriſtũ agni, & quid ly oues.

82 Nomine item agnorum fideles priuati, aut paruuli; ouium verò proceres, ac præcipui, vtique Prælati Eccleſiarum, atque ipſius Eccleſiæ, qui nutriunt, fouent, atque refouent illos, ſubintelliguntur. Cùm enim vniuerſalis Eccleſia ouile ſit, *n* & ouile indeficiens vſque ad excidium mundi: conſequens eſt, vt in illo ſint agni prognati, & oues fœtoſæ, & grauidæ, à quibus procedant; hoc eſt, vt ſint priuati fideles, Prælatique vniuerſales, Prædicatores, & miniſtri, qui eos in fide imbuant, & in Chriſto generent; vt genuit Paulus eos ad quos ipſe ſcripſit: *o Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. p Et per Euangelium ego vos genui.* Quare celebriores Eccleſiæ appellantur matrices, quia ſunt matres matrum, quæ Chriſto filios generant, parturiunt, propagant, atque in lucem edunt.

n *Ioan. 10.*
o *Ad Galat. 4. v. 19.*
p *1. Cor. 4. v. 15.*

Paſtor agnorũ, & ouiũ paſtor fidelium vt ſic.

83 Per hoc item quod Chriſtus iniunxit Petro munus paſcendi agnos, & oues, & adhuc non cum limitatione, & reſtrictione has, vel illas, ſed vniuerſaliter, vel indefinitè ſuas, *q Paſce agnos meos; paſce oues meas*, diſertiſſimè oſtendit, quod ſuper vniuerſos fideles, cuiuſcumque generis, gradus, ac dignitatis eſſent, eum præficiebat: quoniam nullus fidelium eſt, qui ſubterfugiat rationem & conditionem agni, vel ouis Chriſti, & proinde nec iuriſdictionem Petri.

q *Ioann. 21. 15. 16. 17.*

Inde *Bernardus r* lib. de conſideratione ad Eugenium tertium, vt rationem redderet cur Eugenium vocaſſet vniuerſi gregis paſtorem, ait: *Vnde id probemus quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum, ſic abſolutè, & indiſcretè tot e commiſſæ ſunt oues? Si me amas, paſce oues meas. Quas? illius, vel illius populos ciuitatis? aut regionis, aut certi regni? Oues meas inquit. Cui non planum, non deſignaſſe aliquas, ſed adſignaſſe omnes. Nihil excipitur vbi diſtinguitur nihil.*

r *Lib. 2. de conſid. ad Eug. cap. 4.*

Verba Petri innunt diſcrimen eius à reliquis prę latis.

84 Hac ratione Petrus ipſe quaſi hoc inter ſe & alios Prælatos conſiderans, ſubſignanſque diſcrimen, ſcripſit ad Epiſcopos: *s Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Domini.* Vbi non dicit, *Paſcite gregem Domini*, abſolutè, ſed cum addito *gregem Domini, qui in vobis eſt.* Id eſt, particularem gregem, tanquam particulares Prælati. Qua etiam cautione doctè monuit Paulus, *t* Prælatos, vt attenderent vniuerſo gregi, in quo eos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos. Quaſi diceret; nõ vniuerſo gregi Domini, quia hoc ad vniuerſalem dumtaxat concernit paſtorem, ſed vniuerſo gregi vobis iniuncto. Petro ergo omnium cura hic demandata eſt, & ex conſequenti erectus ad vniuerſalem Eccleſiæ præfecturam.

s *1. Petri 5.*
t *Actor 20.*

(.?.)

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DVODECIMVM.

Oſtenditur ex Patribus doctrina capitis præcedentis.

85 DOCTRINAM Præcedentis capitis ſat nobis munitã & fultam Patres tradiderunt. Leo enim Magnus inquit: a *Sic de toto mundo vnus Petrus eligitur, qui & vniuerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur: vt quamuis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique paſtores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.* Et alibi: b *Poſt reſurrectionem ſuam Dominus beato Petro Apoſtolo doctrinam æterni amoris profeſsionem, myſtica inſinuatione ter dixit, paſce oues meas Quod & nunc facit, & mandatum Domini pius paſtor exequitur. Si autem hanc pietatis curam populo Dei, ſicut credendum eſt, vbique pertendit, quanto magis alumnis ſuis opem ſuam dignatur oſtendere.* Hoc eſt Petrus adhuc cœlo quieſcens & reſidens, virtute tamen illius mandati, *Paſce oues meas*, vniuerſorum fidelium curam gerit, non ſecus ac capita ordinum cœlis inſita ſolicita ſemper ſunt de bono fratrum ſuorum & Chriſtus ipſe ad dextram Patris reſidens ſemper viuit ad interpellandum pro nobis.

Oſtendit Leo Papa vniuerſalitatem dignitatis Petri.

a *Serm. 3. in anniuerſ. die aſſump. ſuæ.*

b *Idem Serm. in Natiuit. Ap. P. & Pauli.*

86 Item Euſebius Emiſenus ad idem: c *Prius agnos, deinde oues ei commiſit; quia non ſolùm paſtorem, ſed paſtorum paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus, & agnos, paſcit & oues: paſcit filios, paſcit & matres, regit & ſubditos, & Prælatos: Omnium ergo paſtor eſt; quia præter agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.*

Idẽ oſtẽdunt Euſeb. atq; Chryſ.

c *Serm. de natali Ioan. Euag.*

Chryſoſtomus d præterea in explicationem eloquij huius, & Ioan. 21. *Quid tandem alijs omiſsis hic dumtaxat Petrum affatur? (vtique Chriſtus) os erat Apoſtolorum, & Princeps.*

d *Hom. 87. in Ioan.*

87 His placet adijcere, quod alij ante me notarunt, videlicet, conſulto Ioannem hac ouium, & agnorum Chriſti ad Petrum commendatione, ſuum Euangelium abſoluiſſe, & ei finem impoſuiſſe: vt oſtenderet opportunam ſatis, & anxiam, quam erga Eccleſiam ſuam Deus prouidentiam habebat: cum aſcenſurus in cœlum, antequam à terris ſubtraheretur, loco ſui Vicarium conſtituit, qui vices eius gereret: ne vel ad horam fideles viſibili deſtituerentur, aut orbarentur Prælato. Hanc enim ob cauſam retulit apparitionem, qua iterum manifeſtauit ſe Ieſus ad mare Tyberiadis Simoni, Petro, Thomæ, Didymo, Nathanaeli, filijs Zebedei, & alijs diſcipulis ſuis: & coram ipſis fecit prodigium mirabile illud de piſcium repentina captura in tanta multitudine, & mole; vt rete vix extrahi poſſet, & ad terram leuari. Cum enim capite præcedenti Ioannes veritatem reſurrectionis Chriſti apparitionibus, ac portentis planè comprobatam abſoluiſſet, & narrationi miraculorum eius finem impoſuiſſet dicendo: e *Sunt & alia multa, quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Conſequens eſt, vt nouiſſimi huius enarrationem in ſpecialem finem direxiſſet: vtique ad propalandum ſcopum, quẽ habuit Chriſtus in eius patratione, nimirum, vt illo prodigio manifeſtatus, & agnitus exitu præſtare Petro gubernationem, & curam vniuerſalis Eccleſiæ, quam eidem pollicitus fuerat, quando reuelatione Patris ab eodem Petro agnitus pariter, & confeſsione pariter declaratus fuerat.

Cur Ioã. ſuũ Euangelium abſoluit hiſtoria primatus Petri

e *Ioan. vlt.*

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Deprauationes hæreticorum aduerſus doctrinam capitis præcedentis, & diſsipatio illarum.

Obijcitur Auguſt. contra prædicta præcet. cap. & obiectio diluitur.

88 CVM Nihil tam probè, aut prouidè dictum ſit, quod malignitas velicare non poſsit; ecce contra perſpicuam præcedentis capitis explanationem plura hæreticorum nubila & figmenta.

Obijciunt enim in primis illa Auguſtini verba: *a Cum Petro dicitur, Paſce oues meas, omnibus dicitur.* Ex quo inferunt per hæc verba nihil ſpeciale Petro donatum eſſe. Sed tellum hoc ludricum eſt: quoniam Auguſtini mens eo tantùm pergit, vt doceat vnicuique *Prælatorum* dictum & indictum eſſe idem quod Petro: vtique, paſcere oues ſibi commiſſas. Sicut quod Regi dicitur circa totius regni gubernationem dictum putatur Proregibus, magiſtratibus, atque Præpoſitis erga prouinciarum ſuarum conuenientem moderationem. Ex quo tamen non ſequitur omnes eſſe in poteſtate pares, aut gubernationes ſingulorum æquè patere.

a Lib. de Agone Christiano c. 30.

Fauet Bernardus.

89 Vnde Bernardus explicans hoc elogium adnotat: *b Fortè præſentes cæteri condiſcipuli aderant, cum committens vni, vnitatem omnibus commendaret in vno grege, & vno paſtore, ſecundum illud: Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vbi vnitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, ſed diuiſionem recedentes ab vnitate. Inde eſt quod alij ſinguli ſingulas ſortiti ſunt plebes ſcientes* Sacramentum.

b *Lib. 2. de conſide. cap. 4.*

Fauet Clemēs.

90 Clemens item Romanus: *c Nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit.* Et Auguſtinus: *d Multi erant Apoſtoli, & vni dicitur:* Paſ*ce oues meas. Omnes qui in vno ſunt, vnum ſunt.* Et in libro quæſtionū veteris, & noui teſtamenti: *e Petrus vxorem habuiſſe cognoſcitur, & primatum, vt acciperet inter tot Apoſtolos, non obſtitit ei filiorum generatio.*

c *Epiſt. 1. ad Iacobum, fratrē Domini.*
d *Tract. de paſtor.*
e *Idem lib. qq. veteris & noui teſtamenti, q. 128.*

Obijcitur quod ly paſcere ſit idē quod cibum præbere, ſed obiectio retunditur.

91 Obijciunt deinde, quod paſcere idem eſt, ac cibum præbere. Quod tamen ſeruis, ac Dominis commune eſt, & indifferens, imò proprium ſeruorum eſt. Sed adhuc hoc eſt magis ludricum, item & falſum. Quoniam nullus vnquam dixit, quod ſerui paſcunt ſuos Dominos; etiam ſi cibum illis condiant, deferant, ac miniſtrent: ſed potius quòd Domini paſcunt ſeruos, etiā ſi menſæ illorum non inſeruiant: ad hoc enim ſatis eſt, curā de illorum ſuſtentatione gerere, & neceſſaria victui erogare. Alias verius ac proprius diceremus, quod oues paſcunt paſtorē, quam quod paſtor oues; vtpotè quod ouiū prouentibus paſtor nutritur, oues autem non niſi paſtoris regimine, ac ductu vegetantur. Prǣterquam quod (vt iam monui) quidquid ſit de hoc, ſaltem in ſermone Chriſti, idem eſt paſcere, ac regere.

Cur non præcepit Chriſtus fidelibus vt Petro obedirēt, ſed Petro vt fidelibus miniſtraret.

92 Obijciunt tertiò, quod Chriſtus non præcepit fidelibus, vt Petro ſubſeruirent, vel obtemperarent, ſed potius præcepit hic Petro, vt illis alimoniam impenderet. Verùm ſi in ſermone Chriſti, imò in ſermone communi prophano, & ſacro idem eſt paſcere, ac regere; conſequens eſt, vt hoc paſcendi præceptum fuerit præceptum regendi, quo authentice inducto ſuperfluit aliud de obtemperando Prælato. Quoniam ſicut eo ipſo quod aliquis creatur dominus alicuius obtinet ius ſeruitutis ac ſubiectionis in eum: ita ex eo quod Petrus authoritate diuina erectus eſt ad omnium fidelium regimē, deuincti ſunt omnes fideles citra omne aliud Imperium, vt illi reuerenter obediant, maximè habenti tum coercitiuam facultatem ligandi, & à regno excludendi; tùm allicitiuam, & remuneratiuā ſoluendi, & in regno cœlorum morigeros collocandi.

Quomodo vnus

93 Obijciunt denique vnum Apoſtolum Petrum parem neutiquam eſſe ad

ad omnes fideles Chriſti paſcendos, & moderandos. At cauillum hoc du-bio præcedenti cap. 5. dirutum eſt, Ibi enim pro ſolutione 1. argumenti 1. cap. oſtendimus qualiter vnus numero homo vniuerſali Eccleſiæ ſufficien-tiſsimè prouidere valeat. vtique multorum ſibi ſubordinatorum ope & au-xilio. Quo etiam modo Petrus vniuerſalem rexit Eccleſiam adiutus cũ Apoſtolorum ſuorum induſtria & labore: & omnia, tàm naturalis, quàm myſtici corporis capita ſic ſibi deuinctas Prouincias appoſitè regunt, fouet, docent, & muniunt velut vnicũ magni corporis caput longè à pedibus diſi-tum, medio inſtrumento manuum illos moderatur, mundat, & tergit.

An Petr' ſufficiat pro vniuerſali Eccleſia?

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Quartò Petri primatus oſtenditur ex vſu, & exercicio illius.

94 A POSTERIORI Item is Petri primatus demonſtra-tur. Poſtquam enim vidimus primatum hunc fuiſſe à Chriſto Petro promiſſum, & mox fideliter præſti-tum, reſtat vt à Petro exercitum, & in exercicio po-ſitum oſtendamus. Id autem oſtendit nobis verſicu-lus ille *a* vbi refertur, quod poſt aſcenſionem Chri-ſti, & ante Spiritus ſancti aduentum, coacto Apoſto-lorum, & diſcipulorum conſeſu, in quo Virgo beatiſ-ſima aderat, exurgens Petrus propoſuit, & oſtendit omnibus, quod iuxta ſcripturarum tenorem vnus in locum Iudæ eligendus erat, atque ſubro-gandus Apoſtolus: & ſic electus, atque ſubrogatus eſt. Quod proculdubio præſtitit tanquam Vicarius Chriſti, cuius ſolius eſt Apoſtolicam dignita-tem conferre, Apoſtolos ſibi eligere, & Apoſtolorum ruinam reſarcire. Qua-re Chryſoſtomus: *b Hoc certiſsimum argumentum erat Chriſtum adhuc illis adeſ-ſe. Quemadmodum enim cum præſens eſſet, eligerat; ita abſens elegit.* Et cum paulò ante quæſijſſet de Petro: *Cur non ſolus à Chriſto poſtulauit, vt ipſi daret aliquem ſubſtituendum in locum Iudæ?* Reſpōdit: *Iam Petrus erat ſe ipſo factus melior.* Quod eſt dicere, Potuiſſet quidem, ſed ſatius iudicauit id Eccleſiæ procerum ſuf-fragijs mendicare.

a Actor 1. 15.

Petrus corã Apoſtolos fũgitur ſũmi paſtoris officio.

b Hom. 3. in Acta.

95 Inde Theophil. expendens cur Petrus hanc Prouinciam aſſumpſit ait: *c Vtpotè ardens, & animoſus, vt qui à Chriſto gregem fidei ſuæ haberet, tanquam Princeps.* Quod accepit ex Chryſoſtomo ibi, vbi ſupra. Vbi per admi-rationem inquit de Petro: *Quàm eſt feruidus, cum agnoſcit creditum à Chriſto gregem! Quàm in hoc choro Princeps eſt! & vbique primus omnium incipit loqui.* Quibus Æcumenius conſonat dicens: *d Surgit Petrus, non Iacobus, vt is cui præſidentia diſcipulorum commiſſa erat. Neque vllus orationi Petri contradixit, ſed mox ad eius præceptum conſtituerunt duos.*

c Theoph. Actor

d Sup. act. 3.

Expẽdũt in Patres

69 Deinde cum Spiritu ſancto accepto linguarum peritiam oſtentarunt Apoſtòli, probris ob eam cauſam laceſiti ſunt, adeò vt illis obijceretur quod muſto maderent. Quo ſemel audito ſtans Petrus cum reliquis vndecim, extulit vocem ſuam, & conuitiatoribus data opera contionatus, quaſi tria millia illorum ad fidem reduxit, iuxta quæ actorum 2. *e* habentur. Conſtat autem munus hoc maximi Magiſtratus eſſe, præſertim cum vbique, & ſem-per illud exequutus fuerit, cauſam omnium agens, & reſponſa pro omnibus Petrus reddens, tanquam omnium caput, & os.

Iterum corã Apoſtolos Petrus vtitur officio vniuerſalis præſulis.

e Actor 2.

97 Vnde Chryſoſtomus: *f Quid autem eſt cum reliquis vndecim? Commu-nem, inquit, vocem edebant, & Petrus erat omnium os: ſed adſtabant illi vndecim. te-ſtimonio ſuo comprobantes ea quæ ab illo dicebantur.* Vtique vt conſiliarij regni ſuis adſtant ſolijs approbantes, quæ Præſes illorum in cauſa expeditionem pronun-

f Hom. in acta.

Petrum Apoſtolorũ os.

Digitized by Google

pronuntiat. Ac veluti adſtabunt Apoſtoli Chriſto Domino iudicaturo duodecim tribus Iſrael. g Et rurſum Chryſoſtomus. *Quin & illud conſidera, Apoſtolorum concordiam, qui Petro ceſſerint concionandi ius.* Hoc eſt, conſidera morigerum Apoſtolorum obſequium, quo ſe Petro demittunt, tanquam primo concionatori Euangelij, vt etiam primo confeſſori fidei: & ideô coram eo auditorum, potius quàm concionatorum voluerint vices exercere.

g *Matth. 19.*

Rurſum Petrus vtitur vniuerſali clauiũ poteſtate.

99 Tertio Ananiæ, & Saphyræ Hypocriſim; fraudemque illatam Eccleſiæ, potenti ſic verbo Petrus, ác ſermone coarguit, vt repentè examinati, mortui mox ad pedes eiuſdem Petri conciderint: iuxta quæ habentur in actis. *h* Hoc autem fuiſſe iudicis Eccleſiæ, & quidem ſupremi, officium, conſtat ex eo quod in cauſa Eccleſiæ ſententia ſuprema hìc lata eſt. Capitaliter enim puniti ſunt ſine vllo appellationis recurſu, & tamen citra iniuriam, quia Eccleſiæ bona ſubtraxerant, vel diripuerant.

h Actor. 5.

Vt quid morte puniti Ananias & Zaphira per Petrum.

99 Inde Beda hic: i *Nulla reos paſſa eſt pœnitentia curare, ſed ad timorem poſterorum noxium genus radicitus amputauit.* Vtique tanquam ſupremus religionis parens, & Princeps, qui vitium proprietatis in ſubditos ſupremo ſupplicio afficit. Ananias autem, & Saphyra tanquam hoc vitio primo deprehenſi, & poſteris ad illud aditum, & viam patefacientes ſic plexi ſunt. Vnde idẽ qui ſupra Beda: K *Ex his Sarabaitarum genus exortum dicitur, qui rebus ſuis nequaquam derelictis, Apoſtolorum diſtrictionem ſe cuſtodire ſimulant.* Hoc igitur Monachorum, vel Religioſorum improbum genus reprobans, & è medio tollens tanquam ſummus Eccleſiæ præſes Petrus prima illorum ſemina radicitus diſsipauit.

i *Super actor 5.*

k *Idem ibidem.*

Luſtrat omnia loca Petrus tãquam dux omnium.

100 Quartò, Actorũ 5. *l* legimus Petrũ tranſiiſſe per omnes. Hoc eſt (vt ait Chryſoſt.) *m Omnia tamquam dux exercitus loca, & latibula adiiſſe, luſtraſſe, circũcurſaſſe, & conſideraſſe.* Quod ſane ſupremi Præſidis munus eſſe patefcit. Vnde idem qui ſupra Chryſoſtomus: *n Vide vbique illum circumcurſare, & primum inueniri. Quando eligendus Apoſtolus, hic primus; quando loquendum Iudæis Apoſtolos non eſſe ebrios: quando curandus claudus: quando concionandum, hic præ alijs eſt: quando agendum contra Principes: quando contra Ananiam: quando ab vmbra ſanationes fiebant, hic erat; & vbi quidem erat periculum, hic: & vbi moderatio: vbi autem tranquillitate reſerant plenè, ibi communiter omnes, hic non erigit honorem maiorem. Iterum quando fieri miracula opus erat; ipſe proſiliit. Et hic iterum per ſe laborat, ac iter facit.* Hactenus Chryſoſtomus.

l 4. Acto. 9.

m *Hom. 21. in acta.*

n *Idem qui ſupra & vbi ſupra.*

CAPVT DECIMVMQVINTVM.
Oſtenditur idem primatus ex alijs functionibus eius.

Primus Iudæorũ & gentiũ prædicator Petrus.

QVINTO Actorũ 2. & *a* inuenimus *Petrũ* primum omnium Iudæis concionantem, & prædicantem illis Euangelium Chriſti. Item legimus *b* eundem Euangelij lucem gentilibus effundentem, & illorum multis luculentiſsimè annuntiantem. Quis autem negauit primatum hunc vniuerſalis prædicationis fuiſſe prærogatiuam vniuerſalis præfecturæ ad regendum? Cum potiſsimum regiminis opus initium inde, atque exordium ſumat.

a *Actor. 20.*

b Actor. 10.

Apoſtoli expectarunt præ dicationem Petri, vt ipſi prædicarent.

102 Præſertim quod alias quo iure vniuerſi Apoſtoli hoc prædicandi exemplum à Petro expectaſſent, vt adhuc ipſi ab Spiritu ſancti edocti vniuerſi prædicationi incumberent? aut Deus ipſe prædicationis imbrem prius in ore Petri infudiſſet, ſi tam prædicationis quàm prædicatorum Eccleſiæ caput vertexque non eſſet? Numquid caſu id geſtum dicemus? abſit. Si autem à

con-

conſilio quid potuit portendi, niſi primatus honor Petro datus, & habitus. Cum enim cuncti, etiam proceres, ac primores viri, primas ingenuè deferunt, aut ipſe, nec tyrannicè, nec inciuiliter eas ſibi vendicat, ſignum euidentiſsimum vbique eſt præfecturæ ſupremæ inter illos.

104 Probamus igitur hic primatum *Petri*, non quidem (vt falſo aliqui obijcere ſolent) ex iure quod habuit ad prædicandum omnibus tam Iudæis, quã etiam Gentilibus. Scimus enim huiuſmodi ius omnibus Apoſtolis Chriſti, ex æquo conceſſum eſſe ibi: c *Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et actorũ 1. ibi: d *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Neque etiam ex eo, quod ſpecialiter Petrus aſſumptus, ac præordinatus à Deo fuit in prædicationem gentium: iuxta illa eiuſdem Petri: e *Vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus eleget per os meum gentes audire verbum* Euangelij, *& credere.* Quoniam etiam Paulus ad id etiã ex vtero matris ſuæ ſegregatus fuit, & iuxta illud actorũ 9.: f *Vas electionis eſt mihi, vt portet nomẽ meũ coram Regibus, & gentibus, & Filijs Iſrael.* Nec denique ex eo quod promiſcuè Petrus omnibus prædicauerit, & quidem adeò proficuè, & ſalutiferè, vt (referent Innocentio I.) g in tota Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia Eccleſias conſtruxerit, & conſtituerit. Nam etiam Paulus h id præſtitit cum fructu, ac prouentu omnium, vtpotè ſic Euangelizans non tantùm Gentilibus, verùm & Iudæis, atque Eccleſiarum omniũ curam, ac ſolicitudinem gerens, i licèt non ex æquo: quoniam principalius de Gentilibus, quàm de Iudæis geſſit curam: ſicut è contra Petrus ſpecialius de Iudæis quàm de Gentilibus. Propterquod ſcriptum eſt: K *Creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circunciſionis.* Sicut Romanus Pontifex, licet fidelium cunctis ſuam impendat opem, ſpecialiter tamen illam Romanis debet, quia ſpecialiter ſuæ ſingularis diœceſis ſunt: vt alijs Prælatis aliæ demandantur prouinciæ. Non igitur his nos noſtrum vrgemus propoſitum. Sed ex eo primatum deducimus quod primus omnium Petrus, tàm Iudæis, quàm etiam Gentilibus prædicauit.

Omnib⁹ Apoſtolis commune fuit ius prædicãdi.

Petrus & Paulus vbique prædicarũt & Eccleſias cõſtitue runt.

c *Matth. vlt.*
d *Actorum 1. 8.*
e *Actor 15. 7.*
f *Actor 9. 19.*
g *Epiſt. 1. ad Decent cap. 1.*
h *Actor 15.*
i *2. Corint. 11.*
K *Ad Galat. 2. 7.*

105 Etenim licet Philippus l Eunuchum Reginæ Candatiæ ad fidem conuerterat: & Paulus m legatur loquẽs gentibus apud Hieroſolymam. At Eunuchus, ille proſelytus erat, hoc eſt, profeſsione Iudæus, vtpotè pergens ad templum Hieroſolymit. atque Eſajam legens, quamuis genere Gentilis eſſet, Paulus item inuenitur loquẽs; ſed non prædicans. Alias Chriſtiani, qui ex circunciſione venerant non minus tumultuati eſſent aduerſum eũ, quam poſtea n aduerſus Petrum tumultuantes inuenimus; quia Gentilibus prædicauit. Sed neque Petrus huiuſmodi prouinciam adorſus eſt, antequã à Deo miris, ac diuinis portentis ad id præmonitus pertraheretur; vt actorum 10. habemus. o Neque fideles id æquo tulerunt animo quoad vſque Petrus narrauit illis per ordinẽ omnia, quæ diuinitus illi, ac cœlitus propoſita fuerant, & ad rem iſtam iniuncta.

Primus ob prædicationẽ Petrus laceſsitus eſt.

l *Actor. 8.*
m *Actor. 9.*
n *Actor. 11. v. 2.*
o *Actor 10.*

106 Igitur ſicut Petrus tulit eſſe caput Eccleſiæ, non præciſè, ex eo quod fuit Chriſti confeſſor, ſed quia primus ex reuelatione diuina; ita nos intulimus eum primatem, ac Principem eiuſdem Eccleſiæ, non præciſè quidem, quia omnibus euangelizauit, ſed quia primus ex ſpeciali impulſu, atque præmotione diuina: quatenus inchoare ſummum Eccleſiæ opus, à quo reliqua dependebant, ſummum concernebant Eccleſiæ Principem, cui cæteri parent, & a quo proſiliunt.

Primus qui ex diuina reuelatione Chriſtum cõfeſſus eſt fuit Petrus.

p *Actor. 15. 7.*
q *q. 11. ad Algaſ.*
r *Ad Galat. 2.*

107 Demùm p primus omnium Petrus loquitur in Concilio, eiuſque ſententiæ ſubſcribunt omnes Apoſtoli apud Hieronymum. q Et Paulus gentium Doctor, longiſsimũ metiens iter, aſcendit Hieroſolymam ſimul cum Barnaba, vt conferret cum *Petro* ſuum Euangelium; iuxta quæ ipſe habet. r Quem locum explicantes Tertullianus, ſ Hieronymus, t & Auguſtinus v aſtimant Eccleſiam non fuiſſe Paulo credituram, niſi eius Euangelium à Petro confirmatum fuiſſet.

Petrus primus omnium in Concilio Apoſtolorum loquitur.

ſ *Lib. 4. contra Marc.*
t *Epiſt. ad Augu. q. eſt 11. inter Epiſtolas Aug.*
v *Lib. 19. contra Fauſ. cap. 4.*

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Oſtenditur Petri primatus ex Patrum doctrina, & communi, ac irrefragabili ſenſu Eccleſiæ.

108 Primatus Petri ex Clemen. Roma. Hippol. Cōſtā. Imp. Cōc. Nicen. Baſil. Cyril. Hieroſol.

COMMVNIS Tandem Patrum, perpetuuſque Eccleſiæ ſenſus pro re iſta eſt, dicentibus Græcis, vnquā Clemēte Romano: *a Symon Petrus obſcuriorē mundi plagam Occidentis, velut omnium potentior, illuminare præceptus eſt. Quique, & integrè potuit implere præceptum.* Dionyſio: *b Aderat Petrus ſupremum decus, & antiquiſsimum Theologorum columen.* Hippolyto: *Princeps Petrus, fidei Petra, Doctor Eccleſiæ, primus diſcipulorum.* Origine: *c Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traderetur, & ſuper ipſum, velut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius alterius confeſsio exigitur, niſi caritas.* Euſebio Alexandrino, ſuper id: *d Dicite diſcipulis eius, & Petro: Veni ne timeas, non te à dignitate remoui, nec feci te ſecundum infra alterum: non dedi alteri claues.* Conſtantino Imperatore: *e Sanctus Petrus eſt in terra Dei Vicarius.* Concilio Nicæno: *f Petro data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum.* Baſilio: *g Petrus antelatus fuit cæteris diſcipulis, cui claues regni commiſſæ.* Cyrilo Hieroſolymitano: *h Omnibus Apoſtolis reticentibus Petrus Princeps Apoſtolorum, & ſupremus Eccleſiæ præco dicit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui.*

Nazian. Epipha. Chryſ. Caſsian. Cyr. Alex. agnoſcunt primatū Petri.

109 Nazianz. item oratione de moderatione in diſputatione ſeruanda: *i Vides quomodo ex Chriſti diſcipulis, magnis vtique omnibus, & excelſis, atque electione dignis Petrus petra vocatur, atque Eccleſiæ fundamentum in fidem ſuam accipiat: Ioānnes ille & reliqui diſcipuli eum ſibi præferri æquo animo ferant?* Epiphanio: *k Chriſtus elegit Petrum vt eſſet dux ſuorum diſcipulorum.* Chryſoſtomo: *l Petrus cribodo xæ fidei principium, illuſtris Dei Sacerdos, neceſſarius Chriſtianorum conſiliarius, ſupernarum poteſtatum theſaurus, dulce ſpectaculum Eccleſiæ, ſplendor totius mundi, Apoſtolorum doctor, Apoſtolus ardens, ſpiritu feruens, Angelus, & homo, qui claues cœlorum, ab ipſo Domino accepit.* Et alibi Chryſoſtomus idem: *m Indicat nobis Marcus Petrum eſſe omnibus prælatum.* Ioanne Caſsiano, *n* Cyrillo Alexandrino, *o* & alijs apud Coccium *p* ſimilia habentibus.

Primatus Petri ſecundū Tertul. Cypria. Marcel. Melch. Ambroſ. Hieron. Damaſ. Leon. Mag. & alios.

110 Latini etiam Patres in hac profeſsione ſunt. Tertullianus *q* enim libro de Monogamia ſic de Petro: *Petrum ſolum inuenio maritum per ſocrum, Monogamum præſumo per Eccleſiam, quæ ſuper illum ædificata omnem gradum ordinis ſui de Monogamis erat collatura.* Cyprianus: *r Vna eſt Eccleſia à Chriſto Dño ſuper Petrum origine vnitatis, & ratione fundata.* Et idem habet alibi pluribus in locis.

Marcellinus primus: *s Ipſe eſt caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus:* Tu es Petrus, *& ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Melchiades Papa: *t Licet cunctorum Apoſtolorum par eſſet electio, beato tamen Petro conceſſum eſt, vt alijs præemineret.* Ambroſius: *v Petrus tanquam bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabilitate firmaret.* Hieronymus: *x Super Petrum fundatur Eccleſia* (Matth. 16.) *licet id ipſum ſuper omnes Apoſtolos fiat* (Matth. 18.) *& cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo ſuper eos fortitudo Eccleſiæ ſolidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Auguſtinus: *y Saluator pro ſe, & Petro dare iubet dydrachma, quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij, ita & poſt Saluatorem omnes in Chriſto continentur; ipſum enim conſtituit caput eorum, vt paſtor eſſet gregis Dominici.* Damaſcenus, *z* Leo Magnus, *a* Iſidorus *b* & alij plures apud eundem qui ſupra Coccium *c* luculentiſsimè de re iſta teſtimonia ferunt. Quibus planè conſpicitur hunc Petri primatum, communem vbique fuiſſe animi conceptionem, & vniuerſalis Eccleſiæ vniuerſalem mentem.

a Epiſt. 1. ad Iacobum fr. Domini.
b Lib. 3. de diuinis nominibus Hippol. oratione conſum. mundi.
c Super ad Rom 6
d Hom. de reſurrectione.
e In donatione.
f Can. 39.
g De iudicio Dei
h Cath. 11.
i Oratione 26.
K Hæreſ 51.
l Orat. in Petr. Paul.
m Idem hom. 23. in Matth.
n De Incarn. lib. 3. cap. 12.
o lib. 2. in Ioan.
p Lib. 7. de Hierar. Eccleſiaſtica art. 4.
q Lib. de Monog. cap. 2.
r Epiſt. 70. 71. & 73. & lib. de vnitate Eccleſiæ.
ſ Epiſ. 1.
t Epiſ. ad Epiſc. Capuanos.
v Serm. 47.
x Lib. 1. aduer. Iouinian. cap. 14
y Lib. qq. vet. & nou. teſtam. q. 75.
z Epiſt. 2.
a In anniuerſario aſſumptionis ſuæ.
b De vita & morte Chriſti c. 69.
c Vbi ſupra lib. 7 de Hierarch. Eccleſiaſ. art. 4.

dddd CAPVT

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM,

Reſp. 1. argumento 1. cap. & oſtenditur cur Apoſtoli inter ſe contenderint, quis eorum videretur eſſe maior, poſtquam audierunt Chriſtum dicentem Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo, &c.*

Matth. 16. 18.

Apoſtoli agnouerunt à Chriſto, quòd illorum aliquis maior erat futurus.

111 IAM Aduerſariorum tella retundenda ſunt. Et in primis eorum primum in authores ſuos intorquendum. Quoniam ex quo Apoſtoli diſceptarunt quis eorum maior eſſet futurus, euidenter oſtenderunt, quod ipſis pro conſtāti tunc erat, aliquem eſſe ex ipſis cui cæteri deferre deberent, & omnino aſſentire: aliàs non contendiſſent quis eorum, ſed an aliquis eorum maior eſſet?

a *Super hunc locū.*

Vnde Chryſoſtomus ſuper hunc locum: a *Quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quod & in ſe occultare iam non poterant, & tumorem cordis non ſuſtinebant, in eo quod videbant Petrum ſibi præferri, & præhonorari.*

Deinde quoniam de primatu Apoſtolico Apoſtolis cogitare, nedum contendere, contigiſſet, niſi aliquid de inſtitutione eius à Chriſto accepiſſent; conſequens ergo eſt, quod propter aliqua illius conſentanea verba in hanc mentem inciderint; & præmiſſam quæſtionem agitarent.

b *Matth. 9. & Marci. 9.*

Tertiò, cùm non controuerterint hic, vt alibi contenderunt, vtique: b *Quiſnam eorum eſſet maior? ſed quis eorum videretur eſſe maior?* Plane indicarunt, quod rem ex ſignis tantum, ac notis diſcuſſerunt; vtique quisnam primatus euidentiora argumenta, & ſigna ex Chriſti fauore haberet? Quoniam pro cōſtanti illis erat ad placitum Chriſti dumtaxat caput illis aſsignandum eſſe, non aliter neque aliunde.

Ob primatum Petri ſub orta eſt contentio inter Apoſtolos.

c *Tractat. 5. in Matth.*
d *Super Matth. 18. v. 2.*

112 Quartô, cùm ex omnibus omnino Apoſtolis, quos officijs, priuilegijs fauoribus, ac prærogatiuis Chriſtus proſequutus erat, Petrus (ſi quiuis alius) erat facilè Princeps; nemini poteſt irrepere dubium, quin maxime propter eum iſta fuerit tempeſtas ſuborta; vt palam nobis adnotarunt Origenes, c Chryſoſtomus, Hieronymus, & alij; d & ratio ipſa ſuadet. Quoniam euidentiora ſigna primatus pro ſe Petrus citra omnem controuerſiam habebat.

e *Matth. 16. 18.*

Quod ſi obijcias primo, eſſe etiam euidentiſsimum, quod Apoſtoli nondum agnoſcebant Petrum, vt Principem omnium, ſiue in re, ſiue in ſpe, quoniam aliàs non ſecum controuertiſſent quisnam eorum foret, futurusve eſſet maior. *Et* proinde quod illis verbis: e *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram edificabo Eccleſiam meam,* Chriſtus non promiſerit ei Eccleſiæ vniuerſalis primatum: ſiquidem adſtantibus illis, ac liquido audientibus pronuntiata ſunt.

Cur Apoſtoli non percaluerunt verba primatus Petri.

f *Matth. 4. 10.*
g *Vbi ſupra tract. 5. in Matth.*
h *Matth. 18. 18.*

113 Reſpondetur primô, quod licet adſtantibus illis, & liquidò audientibus prædicta verba pronuntiata ſint: at non planè capientibus, & intelligentibus. Tùm, quod ſermo metaphoricus erat, & natiua Apoſtolorum ruditas ad ſublimiora capienda nondum plenè purgata, aut expedita. Tum, quod poſt illa verba dixit ad Petrum Chriſtus: f *Vade poſt me ſathanas, ſcandalum es mihi.* Quibus (vt notauit Origenes) g forſitan Apoſtolorum opinio, quam de primatu Petri conceperant, reuocata eſt. Tum, quod velut in expoſitionem promiſsionis quam fecerat, ſubiecit mox Chriſtus: *Et tibi dabo claues Regni cœlorum, & quodcumque ſolueris ſuper terrā, erit ſolutum in cœlis, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis.* Quod priuilegium poſtea illis omnibus indultum eſt: h & proinde ratio dubitandi inducta, vel ſaltem obor-

ta

ta circa maioritatem, An ſcilicet Petrus cui verba illa ſpecialiter dicta erãt, maiora primatus ſpecimina proinde haberet quàm alij, quibus in communi dicta fuerant enuntiata, & propoſita.

Obiectio notanda.

114 At ſi obijcias ſecundò, Chriſtum Apoſtolorum controuerſiam non diluiſſe reſponſo deciſiuo, ſed conſultiuo: non enim dixit: *Petrus eſt vobis maior*; ſed, *Qui maior in vobis eſt, fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt tanquam miniſtrator*. Cùm tamen ſi *Petrum*, aut aliquem alium illis omnibus præfeciſſet, aut præficiendum inſinuaſſet, vel deſtinaſſet, apertione veritatis omnẽ controuerſiarum ſedaſſet. Quare cum circuitionibus, & ambagibus vſus ſit ad dirimendam illam, videtur nullum vniuerſalem delegiſſe Præfectum.

Notãda obiectionis ſolutio.

115 Reſpondetur ſecundo eadem argutia. Quod ſi Chriſtus neque in re, neque in voto aliquem conſtituiſſet Primatem plenius, planiuſque quæſtionem abſoluiſſet, dicendo, nullus ex vobis ipſis maior cæteris eſt, aut erit; proindeque à tali controuerſia deſiſtite. Eſt enim (quod aiunt) Logici de ſubiecto non ſupponente, nec ſupponendo. Quare cum abſolutiſsimo hoc reſponſo quæſtionem non dilueret, ſed potius conſilia præſtaret, qualiter ſe gerere deberet, qui maior inter illos eſſet; conſequens eſt, quod planẽ cõfirmauit Apoſtolorum exiſtimationem, de eo quod ex ipſis aliquis maior cæteris eſſet.

Cur Chriſtus ſe prædicauit miniſtrum inter Apoſtolos

116 Imò non tantùm conſilia, documentaque præbuit maiori; ſed etiam exempla: nam ſe ipſum in exemplum propoſuit dicens: *Ego in medio veſtrum ſum, tanquam qui miniſtrat*. Quorſum autem tam copioſam tamque proficuam doctrinam maiori Apoſtolorum traderet, ſi inter eos nullus maior futurus erat, vel foret. Quem (rogo) illud vrgeret monitum? *Qui maior eſt in vobis fiat ſicut iunior: & qui præceſſor eſt tamquam miniſtrator*? ſi nullus ex illis, atque inter illos maior futurus erat? Vere ergo aliquis ad maioratus apicem deſtinatus, ac deſignatus fuerat.

Dominãdi liuido Apoſtolos concitauit.

117 Neque obſtat, quod Chriſtus non prodierit hìc quem ad præfecturam elegerat: quoniam 1 iam illum ſatis prodierat. Secundò, quoniam ſatis duxit cauſam quæſtionis, quàm quæſtionem dirimere. Cauſa enim quæſtionis fuit libido & appetentia, ſaltem poſt Chriſti mortem, dominandi ob dominationis tantùm gloriam & culmen. Hæc autem fuit tota ratio, quæ Apoſtolos in prædictam contentionem inuexit; vt vel ipſa verba Domini indicant, quæ ſic habent. *Reges gentium dominantur eos, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur. Vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut iunior, & qui præceſſor eſt tanquam miniſtrator*. Hoc eſt, proprium eſt Regum Gentilium appetere, & affectare ſibi vanas atque inanes titulorum nomenclaturas, atque elatas ſedes, quas vos abominari debetis, atque execrari, non ſecus atque execramini illarum concupitores, & aſſeclas Gentiles. Præſertim quoniam inter vos præfectura ſubiectionis, atque ſeruitutis potius quàm dominationis ſpeciem præ ſe ferre oportet: vt exemplo meo comprobatum habetis. Maior enim ipſe cum ſim, tamen non me gero maiorem, ſed miniſtratorem veſtri, ac veluti famulum. Ecce qualiter congruentius & abſolutius ſic quàm aliter quæſtioni reſponſum eſt. Cùm enim ambitioſa eſſet quæſtio, melius per humilitatis commendationem, quàm per euecti ad ampliſsimam dignitatem, & maioritatem, apertionem, & propalationem, illi ſatisfactum eſt. *Matth. 16.*

Digitized by Google

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Reſpondetur ſecundo argumento primi capitis; & oſtẽditur, Iacobum Hieroſolymorum Epiſcopum nec vniuerſali Eccleſiæ, nec Petro prælatum fuiſſe.

Sumus Pontifex appellatur *Paſtor* ſimpliciter, reliqui autẽ non ita.

118 SECVNDI Argumenti præſidia infirma valde ſunt. Quoniam ex eo quod Iacobus Eccleſiæ Hieroſolymorum dicatur præfectus & prælatus, potius concluditur vniuerſalis Eccleſiæ non fuiſſe paſtorem. Quoniam is nõ cum reſtrictione, vel cum addito dicitur paſtor, aut Pontifex huius vel illius Eccleſiæ, ſed abſolutæ paſtor, aut paſtor Eccleſiæ, vt eſt videre adhuc in Chron. Euſebij, qui dum refert Petri Iacobi, & aliorum præfecturas ſic narrationem diſponit: a *Petrus Apoſtolus natione Galilæus Chriſtianorum Pontifex primus. Eccleſiæ Hieroſolymorum primus* Epiſcopus *ab Apoſtolis ordinatur Iacobus frater* Domini. *Primus Antiochæ* Epiſcopus *ordinatur* Euodius. Ecce qualiter non aſſeritur Petrus huius vel illius Eccleſiæ Chriſtianæ paſtor, aut Pontifex, ſed abſolutê, atque vniuerſaliter Pontifex Chriſtianorum: è contra verò Iacobus, & Euodius referuntur particularium Eccleſiarum primi Epiſcopi, vtique Hieroſolymitanæ, & Antiochenæ. At non abſolute & vniuerſaliter primi Epiſcopi.

a *In Chron. ad annum Chriſti* 44.

Sãcti Petres id adſtruunt.

119 Quibus conſonant illa Chryſoſtomi verba: b *Petrum in Eccleſia futura paſtorem conſtitui*. Et illa Euthimij: c *Si dicas quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymis acceperit? Reſpondeo, Petrum totius orbis magiſtrum fuiße conſtitutum*. Item Bedæ d illa in illud: *Intuitus eum* e *vidit conditionis eius ſimplicitatem, vidit animi ſublimitatem, cuius merito cunctæ eſſet præferendus Eccleſiæ*. Ac demum Bernardi illa: f *Locus in quo ſtas terra ſancta eſt, locus Petri eſt, locus Principis Apoſtolorum, quem conſtituit* Dominus *dominum domus ſuæ, & Principem omnis poßeſsionis ſuæ*. Et alibi ait de Petro: g *Inſtar* Domini *gradiens in mari, vnicum ſe Chriſti Vicarium deſignauit, quia non vni populo, ſed cunctis præeſſe deberet: ſiquidem aquæ multæ populi multi*. Ex eo ergo quod Iacobus determinatæ Eccleſiæ dicatur Epiſcopus, potius ſequitur particularem, quàm vniuerſalem Pontificem fuiſſe; Petrus verò è contra, quoniam non determinatæ, ſed vniuerſalis Eccleſiæ deſcribitur Præſul.

b *Hom.* 55. *in Matthæum.*
c *Super cap. vlt. Ioan.*
d *Hom. in vig. S. Andreæ.*
e *Ioan.* 1. 42.
f *Epiſt.* 257. *ad Eugen. Pont.*
g *Item lib.* 2. *de conſiderat. ad eundem Eugeniũ Põtificem.*

Chriſtus nulli in particulari præfuit Eccleſiæ etiã Hieroſolymitani.

120 Neque verum eſt, quod Chriſtus ſpecialiter præfuerit Hieroſolymorum Eccleſiæ tanquam aliarum capiti, aut matrici. Quoniam licet Hieroſolymitanum templum ex multis ſcripturæ elogijs, oraculis ac priuilegijs cõſtet fuiſſe caput cuiuslibet Synagogæ: at nuſquam inuenitur verbum, etiã minimum, quo inſtitutum deſcribatur Eccleſiarum noui teſtamenti ſoliũ. Quare cum ex rei natura id obtinuiſſe non poterit, ſequitur, quod abſolutê loquendo talem principatum, vel primatum habuit; & proinde quod non magis huius, quàm aliarum totius orbis Eccleſiarum Chriſtus præfecturam habuerit; licèt quia Hieroſolymis prædicauit, miracula edidit, ac tandem cœlos ipſos petiuit, illuſtriorem illam quàm omnes alias reddidit, at non potentiorem, aliarumve Principem.

Eccleſia Hieroſolymitana tẽpore legis ſcriptæ maxima, at tempore legis gratiæ nõ ita: & cur?

121 Imô ex hoc quod tanti eminuerit circa veterem legem, videtur conſequens, quod in noua à gradu decidere, & ſubmitti deberet, vt ad præſentiam lucis vmbræ ſe reprimunt, & cum accedunt noua, recedendunt, ac diſparent vetera. Quare ſicuti propter hoc tâ lex, quàm Sacerdotiũ vetus interierunt, ita illorum ſolium atq; domiciliũ, & proinde Hieroſolymitanus primatus. In cuius forte confirmationẽ tã ipſum Hieroſolymitanũ, tẽplũ, quàm

Digitized by Google

quàm cultores illius, breui (poſt mortem Chriſti, atque propter eam) interuallo extreme perierunt, & quidem circa ſolemniores illius paſchæ dies, qua ab ipſis Iudæis Chriſtus violenta morte ſublatus eſt. Veluti poſt multa tempora, vtique anno Domini 1452. 4. Kalend. Iunij, feria 2. Græci turpiter ac proteruè errantes circa proceſsiones Spiritus ſancti à Turcis obſidione capti, & ſubacti ſunt, ipſis penè diebus quibus ſacrum Pentecoſtes Paſcha celebrabatur, vt videre eſt apud Maſeũ, & Mercatorẽ h & Alanũ Copũ i

h *In Chronol.*
i *Dialog. 4. c. 13*

Cur Hieroſoly. templũ deſtructum?

122 Igitur ſicut Sacerdotium ſummum tranſlatum eſt, ita & ſummi Sacerdotis ſolium transferri debuit, quia eadem eſſe debuit vtriuſque ratio, diu iam multum obſeruata à præſtantiſsimis ex planatoribus illorum verborum Chriſti, erga Hieroſolymitani templi ſubuerſionem: K *Videtis has omnes magnas ædificationes, amen dico vobis, quod non relinquetur lapis ſupra lapidem qui non deſtruatur.* Ex quibus omnibus vnum venerabilem inducam Bedam ſcribentem ſequentia.

K *Marci 13. v. 2. Matth. 2. v. 41. Lucæ 16. v. 44.*

Diuinitus procuratum eſt, vt patefacta per orbem Euangelica gratia, templum ipſum quondam Auguſtum cum ſuis ceremonijs tolleretur, ne quis fortè adhuc paruulus & lactens in fide, ſi videret permanere, quæ à Prophetis ſanctis ſunt facta, quæ à Domino ſunt inſtituta, admirando ſanctum ſeculare, paulatim à ſinceritate fidei, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ad carnale laberetur iudaiſmum. Prouidens ergo Deus infirmitati noſtræ, & Eccleſiam ſuam multiplicare deſiderans, omnia ſubuerti fecit, ac penitus auferri: quatenus vmbra, & typo ceſſante verorum, ipſa iam veritas per orbem declarata palmam teneret. Si ergo omnia auferri, & ad nihilum redigi oportuit, ne euangelico obſtarent profectui; conſequens eſt, vt ſolium etiam illorum, atque domicilium de medio tollendum eſſet: & proinde non ſuper eum Eccleſia Chriſti fundanda.

Archiepiſcopus Hieroſ. ſubeſt Patriarchæ Antiocheno, imò & Archiepiſcopo Cæſarienſi.

123 Neque rurſum obeſt, quod ex Concil. Nicæn. inducitur. l Quoniam tantùm abeſt, vt Hieroſolymitano Archiepiſcopo concedatur ibi ex priſtina antiquitate vniuerſalis primatus, quod potius Archiepiſcopo Cæſarienſi totius Paleſtinæ Metropolitano ſubijcitur, & ſupponitur. Imò non tantùm Cæſarienſi Archiepiſcopo, verùm Antiocheno ſubſtratur. Quoniam totus Oriens (cuius vnica tantùm portio eſt Palæſtina) Patriarchæ Antiocheno obtemperabat, ac deferebat. Quod autem in fauorem Hieroſolymitani Archiepiſcopi in Concilio Nicæno ſtatuitur, id tantùm eſt, vt quarto loco inter Patriarchas ſedeat, vtique poſt Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum; quoniam ſic vſus à priſtina conſuetudine obtinuit.

l *Cap. 7.*

Quinã antiquiores Patriarchatus & quomodò Hieroſolymitanus non fuit verus Patriarchatus?

124 Pro quo breuiter notandum eſt, quod (vt liquet ex eodem Concilio m atque item ex Chalcedonenſi, n & ex Anaclet, o & ex epiſtola Leonis, p & ex epiſtola Gregorij, q atque ex multis alijs, quibus nemo refragatur) tres tãtùm Patriarchatus quingentis illis naſcentis Eccleſiæ annis agniti, & admiſsi leguntur, cum omnimoda Patriarchatus ratione, & amplitudine: nimirum Romanus, Alexandrinus & Antiochenus. Quorum Romanus primum, Alexandrinus ſecundum, Antiochenus verò tertium locum in Concilijs tenebat, & vnuſquiſque illorum omnibus prouinciarum ſuarum Epiſcopis, & Archiepiſcopis plena authoritate præſidebat. Quartus præterea cenſebatur Patriarchatus Hieroſolymitanus, ſed nomine tantùm, & throno, quoniam ex Patriarchali dignitate nomen dumtaxat ſibi, & ſedem vendicabat: quarto enim loco ſedebat in ſolio *Patriarcharum* omni Patriarchali dignitate negatus, veluti vnus ex alijs Archiepiſcopis, vel potius, vt ſimplex Epiſcopus: ſtatuit ergo Concilium Nicænum, vt honoraria *Patriarchatus* ſede, qua ex antiqua gaudebat conſuetudine, non fraudaretur, licèt re *Patriarcha* non eſſet, ſed tantùm nomine.

m *Canon 6.*
n *Actor 16.*
o *Epiſt. 3.*
p *Epiſt. 3. ad Anatholicum.*
q *Ad Eulogium, quæ eſt 37. ex his quæ habentur, libro 6.*

Quid ſit Iacobũ cõſtitui Epiſcopum Apoſtolorum?

125 Neque tandem obſtat, quod Iacobus dicatur cõſtitutus Epiſcopus Apoſtolorum. Quoniam intelligendum eſt, quatenus Apoſtoli tunc Hieroſolymis verſabãtur. Qui licet à Chriſto Dño poteſtatẽ in vniuerſas Eccleſias ſuſce-

piſſent, ſtatuerunt nihilominus illas inter ſe diuidere, & ſingularum curam ſingulis demandare, vt Iacobo minor Hieroſolyma cōmiſſa, & tradita eſt. Intra cuius diœceſim, quoniam morabantur, ac diuerſabantur pro tunc Apoſtoli Domini, accepit Iacobus à Clemente Romano honorariam illam inſcriptionem *Apoſtolorum Epiſcopus.* Vt Archiepiſcopus Toletanus in Curia Philippica Matriti Præſidens, dici poſſet *Prælatus Prælatorum*, qui intra intra eādem curiam conſiſtunt, pro tempore tamen quo ſic conſiſtunt. Quare vbi ex verſione Ruffini legimus apud Euſebium, in codice Baſilienſi *Epiſcopus Apoſtolorum*, in Colonienſi legimus *Hieroſolymorum Epiſcopus.* Et ſic allegatur à Nizeph. *r* Adde quod non tantùm conciues, verùm & alumni Apoſtoli erant Hieroſolytanæ diœceſis, & ideò ſpeciali iure potuit Hieroſolymitanus Antiſtes, Apoſtolorum Antiſtes nominari.

r Lib.2.cap.3.

126 Quia autem hoc magni refert, eximiæque gloriæ datur præfici diœceſi illi in qua magni admodum ſubſiſtunt Principes, & à qua multi aſſumuntur, ideò à Clemente pariter, & Chryſoſtomo modeſtiæ tribuitur, quod nec Petrus, nec Iacobus, nec Ioannes (qui præ ceteris à Chriſto Domino ſublimati fuerant.) Hieroſolymitanæ Eccleſiæ (quæ prædicto primatu radiabat) non ſibi, ſed Iacobo delegerint. Quare Paulus *ſ* numerans quoſdam Apoſtolos, primo loco Iacobum recenſuit, mox Petrum, tertio Ioannem, vtique (ait D. Thom.) *t* quia Iacobus erat Epiſcopus Hieroſolymorum, vbi facta fuerant quæ ibi narrabantur.

Cur ſublimiores Apoſtoli non aſſumpſere ſibi Hieroſolimitanā Eccleſiā.

ſ Ad Galat.2.v.7.
t Ad Galat. 2. lect.2.
v Super Ioan.21.

127 Hoc autē primatui Petri nō repugnat, dicēte Chryſoſtomo circa illud: *v* *Sequere me. Si quis* (ait) *percontetur qualiter Iacobus tronū aſcēderit Hieroſolymitanū. illud vtique dicam, quoniā Chriſtus Petrum intronizauit orbis terrarum magiſtrū.* Quæ etiam refert Theophil. Quaſi diceret. Abſque præiudicio Petri Iacobus minor ad Hieroſolymitanam ſedem aſſumptus fuit, quia hæc particularis, illa verò vniuerſalis præfectura eſt. Sed quid mirum ſi particularis præfectura Iacobo demandata ſit, cū vniuerſalem ſuā Chriſtus delegauerit Petro?

Cur Iacobus Eccleſiæ Hieroſ. præfectus.

CAPVT NONVM.

Reſpondetur tertio argumento primi capitis. Et oſtenditur Paulum Petro non fuiſſe Præpoſitum.

TERTIVM argumentum varia capita importat. Sed nimium debilia. *Primo* enim reſiſtitur notando, quod ſi *Paulus* per antonomaſiam vocatur Apoſtolus, *Petrus* appellatur Apoſtolorum *Princeps*: quæ ſanè nomenclatura fortius arguit primatum. Maximè quoniam nomen Apoſtoli eſt nomen miſſi, & miniſtri prædicantis, ac plantantis fidem: cognomen autem *Principis* Apoſtolorum, eſt cognomen *Præſidis*, & præfecti ſtabilientis fidem, & confirmantis; præſertim in *Petro* conſtituto, & appellato *Petra Eccleſiæ*, hoc eſt, fundamentum, & caput, nullo magis vento circumferendum doctrinæ, quàm ædificij vaſi contingit circum agi flatu ventorum, etiam ſi tremat domus, & nutet.

Paulus per Antonomaſiā vocatur Apoſtolus, at Petrus Apoſtolorum Princeps.

129 Secundum item caput nullius eſt roboris in ſententia deferentium ſiniſtro, vt honorabiliori, potius quàm dextro lateri: vtpotè interius illud, licet id anterius ſit, illud cordis, id Iecoris, illud tectum protectumque, id tegens, & protegenes. De quibus ego iam dixi plura alibi. *a*

Cur Paulus dextrum teneat latus Petrus ſiniſtrum.

Sed neque in contraria ſententia validum eſt ſtante monitu, vel potius præcepto Chriſti: *b Qui maior eſt in vobis fiat ſicut iunior, & qui preceſſor eſt tamquam miniſtrator*; hoc eſt alijs cedens, & honoris prærogatiuas declinans. Per miniſtratorem enim, atque iuniorem conteptibiliora indicantur, iuxta illud Pſalmi *c* *Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus.* Vnde D. Petrus à ſuis ſic

a Laurea Salm. Certam 5. expoſitiuo.
b Lucæ 22.
c Pſal.118.num.141.

ſic pictus proditur, vt viuus ſe ipſum promereret; Et humilitatis iſtius veſtigijs inhærentes, honorariæ nominationis faſtum Petri ſucceſſores præciderũt, qui ſeruos ſeruorum Dei poſt Gregorium, & cum Gregorio Magno ſe ipſos nominarunt.

Cur Paulus in diplomatibus dextrum: in numiſmatibus verò ſiniſtrum latus à Petro teneat?

130 Quod ſi obijcias non vbique Petrum dextram Paulo dare, ſed tantũ in diplomatibus: quoniam in numiſmatibus Petrus ad dextram, Paulus verò ad ſiniſtram excuditur. Reſpondetur, quod cum numiſmatum cuſsio non ſpiritalem ac cœlicam, ſed temporalem & terrenam iuriſdictioné cõcernat, non tàm diuinis, quàm humanis legibus temperanda eſt, vt ſimiles habeant labra lactucas. Præterquam quod ſæpe loci inferiores, & depreſsiores, digniores inueniuntur, vt patet in fundamentis ædificiorum. Petrus autem totius Eccleſiæ Catholicæ fundamentum eſt. In cuius etiam ſymbolo d luna ſub pedibus illius mulieris grauidæ, & ſole ipſo circũamictæ inuenitur, cùm tamen ſtellæ ſuper caput illius reſederint. Cauſa autem fuit quod luna ſuſtentaculum, & fulcrum erat, tàm ſtellarum, quàm fœminæ, & proinde digniorem locum tenens, licet ſitu inferiorem. d *Apoc. 12. 1.*

Quo iure Paulus potuit reprehẽdere Petrum ſuperiorẽ Paulo.

131 Caput tertium durius & robuſtius eſt: at non in ſententia Hieronymi, & aliorum dicentium Petrum ibi, non verè, ſed ſimulatoriè tantũ à Paulo reprehenſum fuiſſe. Sed tantùm in ſententia Auguſtini, e D. Thomæ, & aliorum dicentium, quod ſeriò reſtitit Paulus Petro, atque ex tota animi ſententia inſurrexiſſe in illum. Sed cum ſuprema Eccleſiarum dignitas non reddiderit illum vndequaque impecabilẽ, ſimiliter neque vndequaque irreprehenſibilẽ: Et proinde ſicut ſaluo ſupremæ dignitatis iure potuit Petrus dilinquere, dicente Iacobo: f *In multis offendimus omnes*: & Ioanne: g *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*: Ita ſaluo ſupremæ dignitatis culmine ac iure potuit corripi, atque reprehẽdi: & quidem ab homine ſibi inferiori, & ſubdito: quoniam potuit in illum peccare, hoc eſt facto ſuo illum offendere: Cõſtat enim quod læſus, vel offenſus ab aliquo etiam clauum tenente, fraternæ correctionis aculeo poteſt lædentem pungere: quinimò naturaliter debet, ſi modo prudenter concipit emendæ ſpem in illo, adhibita ſemel iuſta ac rationabili correctione: Maximè ſi prudenter timet quod illa de medio ablata imminet reincidentiæ periculum. Quoniam correctionis faternæ præceptum, ac debitum, non eſt Euangelicum tantùm, ſed naturale etiam: licet forma exequendi illũ prorſus Euangelica ſit. h Naturale autem ius omnes premit, quantæcumque dignitatis culmine euectos. Non enim excelſi gradus eximunt vel extrahunt viros ab obligatione naturæ. e *To. 2. Epiſt. 8. & 6.* f *Iacob. cap. 3. v. 1.* g *Ioan. 18.* h *Matth. 18.*

Rationabilis correctio hæc Pauli in ſuũ Principem Petrum.

132 Correctio autem hæc rationabilis admodum fuit, vtpotè in vtilitate pariter ac neceſsitate fundata: ſanè Paulus non potuit animum deſpondere, quin Petrus conueniter admonitus ab inceptis omnino deſiſteret, ſi modo ab illis deſiſtere expediens eſſet. Quod autem expediens foret, conſtat ex eo, quod vt Paulus ipſe recenſet vbi ſupra: Cum Petrus cœpiſſet iã cũ Gẽtilibus, cõuerſari, ac cũ eis cibũ ſumere, repẽte ſubduxit ſe, & ab vtroq; abſtinuit, propter vitãdũ ſcãdalũ, quorũdã Iudæorũ conuerſorũ, qui fortè adſe venerãt; vtpotè quod iſti iniquo ferebãt ſtomacho gẽtes ad ſui cõmunioné recipere, eo quod lex vetus interdicebat illis tale cõmerciũ, & cõſortiũ. Et vt idẽ ſcãdalũ declinarẽt plures Iudæorũ cõuerſi, Petri decreuerũt ſequi, de factoq; ſequebãtur veſtigia, ſegregãtes ſe à Gentiliũ conuictu. Quod cũ reſciſſet Paulus, & alta cogitatione perpẽdiſſet, quod ſi opportunè huiuſmodi nõ ſuccurreretur incõmodo; ipſi etiam Gẽtiles cõuerſi ab alijs non conuerſis ſe ſubducerent, vt faciebant illi propter timorem legis. Cũ igitur id Paulus attenderet, coram omnibus coarguit Petrum, quod cum ipſe clanculũ agens colloquia Gentiliũ non vitaſſet, in præſentia tamẽ Iudæorũ iã conuerſorũ ſimulatoriè cauiſſet: quo facto iudaizandi, hoc eſt, ſeruãdi

Digitized by Google

legalia vetera ipſis etiam Gẽtilibus non ſolùm anſam ſuppeditabat, verùm & vim inferebat: *Cogis gentes iudaizare.* Ecce correctionis vtilitatem eximiã & neceſsitatem. Modum enim correctionis obſerua, qui fuit non exprobrãdo, ſed palàm proponendo periculum, quod inde veritati fidei grauiter imminebat. Quod potius fuit obſecrare Petrum vt patrem, iuxta eiuſdem Pauli monitum: *i Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.*

i Ad Timot. 5. 1

133 Inde eſt (quod Cyprianus K & Auguſtinus notarunt) videlicè Petrũ non obiecisſe Paulo primatus ſui excellentiam, ſecundum quam ab inferiorum ſuorum eſſet correctione exemptus, tamquam editiſsimo loco munitus. Quoniam correctioni prudenti omnis noxius patet, etiam ſupremus Princeps. Igitur cum non iudiciali ſentẽtia, ſed correctione amicabili Paulus Petrum petierit, nihil iuriſdictionis colligitur habuiſſe in eum.

K Epiſt. ad Quintum.

l Lib. de baptiſ.

Omnis ſons ſub eſt correctioni.

CAPVT VIGESIMVM.

Reſpondetur argumento quarto primi capitis, & oſtenditur, Paulum numquam poteſtate iuriſdictionis ſe Petro coæquaſſe.

134 QVARTVM Argumentum mendacijs ac tendiculis plenum eſt. Nam in primis teſtimonium primum non ſic eſt apud Paulum: verba enim ſic habent: *Exiſtimo enim nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis, nam ſi imperitus ſermone, ſed nõ ſcientia.* His autem nihil de poteſtate iuriſdictionis, aut æqualitate, ſed operis, ac prædicationis aſſeritur; in quibus ſic ſe geſſit mirabilem, vt omnes omnino anteierit, iuxta verbum eius dicentis: *a Plus omnibus laboraui.* Quamobrem exiſtimant aliqui iure Petri dextram illi ab Eccleſia datam, quoniam in ea plures prouentus fecit pluſque illi profuit. Qui enim in operando habuit dextram, conſequens eſt, vt in ſedendo non teneat ſiniſtram: at quid hoc cum authoritate primatus? Sanè Bonifacius noſter Apoſtolos Angliæ plus Anglis profuit, quàm Bonifacius Octauus Pontifex ſummus. At vnde locus coæquandi eos in iuriſdictionis Eccleſiaſticæ poteſtate?

a 1. Cor. 15.

Licet Paulus plus omnibus laborauerit non ſequitur quod omnib' præfuit.

135 Secundum item teſtimonium doloſum eſt. Quoniam Paulus non refert illud ad Petrum, vel Iacobum, vel Ioannem, aut etiam ad aliquem, vel ad aliquos verè Apoſtolos, ſed potius ad quoſdam malignè ſubintroductos & calumniantes illi. Elogium enim illius tale eſt: *Neque Titus compulſus eſt circuncidi: ſed propter ſubintroductos falſos fratres, quibus neque ad horam ceſsimus ſubiectioni.* Hoc eſt, nolui, vt circũcideretur Titus diſcipulus meus, ſicut Timotheus circunciſus eſt: *b* non quidem quaſi tunc legalia mortifera eſſent, & non potius indifferentia, ſed quia falſi aliqui fratres contendebant ſeruanda eſſe cum Euangelio, vt patet, *c* quibus non oportuit in aliquo morem gerere, etiam per inſtans, aut illorum dictis parere.

Cur Timotheus à Paulo circunciſus non vero Titus.

b Actor. 16.

c Actor. 15. 1.

Tertio teſtimonio id tantùm contendit Paulus, nihil per alios Apoſtolos doctrinæ ſuæ ſuperadditũ fuiſſe: vtpotè quod vt dixit: *d Euangelium quod euangelizatum eſt à me, non eſt ſecundum hominem. Nec enim ego ab homine accepi, ſed per reuelationem* Ieſu *Chriſti.* Contendit rurſum quod licèt neque à ſummis Apoſtolis aliquid doctrinæ accepiſſet, non propterea ab illis in prædicatione, vel ad latum (quod dici ſolet) vnguem diſcrepabat, ſed potius, quod ſocialiter cum illis pactus eſt, vt Petrus Iudæorum prædicationi ſpecialius, ipſe verò Gentilium incumberet, vt ſic commodius & fortius, velociuſque curreret ſermo Dei.

d Ad Galat. 1. 6.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Reſp. quinto arg. primi capitis;& oſtenditur, qualiter Petrus in Comitijs,& Concilijs Apoſtolorum Præſidis, ac Primatis vices egerit.

Petrus Cōcilio Apoſtolorū præfuit.

136 QVintum argumentum alia ſicut præcedēs figmenta importat. Falſum ſiquidem eſt, quod Petrus in Apoſtolorum Concilio, de quo Actor. 15. tamquā priuata ſe geſſerit perſona,& nō potius vt publica, & præfecta conſeſſui, vtpotè quæſtionem abſoluens, veritatē rei definiēs,& omnibus ſatisfaciens. Verba enim textus ſic habent: *a Conuenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc:* (vtrum ſcilicet ſeruanda eſſet lex vetus cū noua:) *Cum autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum* Euangelij, *& credere.* Nunc *ergo quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorū? ſed per gratiam Chriſti credimus ſaluari quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo.* Itaque Petrus fidei cauſam abſoluit. Circa cuius doctrinam, ac diffininionem, nec ipſa muſitauit multitudo, quæ tamē ſolet vbique & ſemper obſtrepere. a Actor. 15. v. 6

Cur nuntij dicantur miſſi à Concilio Apoſtolorū non verò à Petro.

137 Cum autem dicitur, *b Placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia eligere viros, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba,* nō præiudicatur primatui Petri, in eo quod illi nuntij non referantur miſſi ab eo. Quoniam ſic per compendium præcipua, non verò per ordinem ſingula ſicut geſta ſunt deſcribuntur. Sicut non rarò videmus in actis & Comitijs Regalibus,& generalibus, quod referuntur plura tantùm ex decreto totius Senatus, nulla facta mentione *Præſidis*, cum tamen abſque eius præſentia & approbatione facta non fuerint, ſed neque fieri valerent. b Ibid. v. 22.

Præterquam quod licèt ſoli Petro data fuerit ſuprema poteſtas tamquam ordinario iudici, & Præſidi: omnibus tamen alijs Apoſtolis eadem Eccleſiæ poteſtas ſaltem tamquam legatis data eſt: & ideô recenſita ſemel perſona *P*etri pro fidei diffinitione, non oportuit eādem iterum repetere. Sed communem totius Apoſtolici chori authoritatem aperire, vt ſic vtramque dignitatem manifeſtaret.

Cur dicatur Petrus miſſus ab Apoſtolis ad prædicādum, ſi Petrus præſidebat Apoſtolis,

138 Neque obſtat, quod dicatur *c* Petrus miſſus Samariam ab Apoſtolis. Quoniam licèt omnes Apoſtoli eſſent inferiores Petro, quatenus oues Petri, at quatenus Apoſtoli electi, & inſtituti immediatè ab ipſo Chriſto ad prædicandam, & plantandam fidem per orbem, omnes pares erant; vtpotè omnibus ex æquo dictum: *d Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Eūtes ergo prædicate omnes gentes.* Et ita Apoſtolicus cœtus potuit deligere, & mittere Petrum coapoſtolum. c Actor. 8. d Matth. v. ult.

Præterquam quod ſæpè, qui præcipui ſunt, & capita de collegio & conuentu, mittuntur apud nos ad grauiora negotia procuranda, nedum perficienda, quoniam magis è re illorum, quàm aliorum ſunt. Vnde & filij Iſrael aliquandò miſerunt Phinees, *e* & decem Principes cum eo ad filios Rubem; cum tamen *f P*hinees eſſet eorum Dux coram Domino. e Ioſue 12. f 1. Paral. 9.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Reſp. ſexto argum. primi capitis, & explicatur locus Pauli corripientis eos qui iactabant ſe eſſe Cephæ, Pauli, aut Apollo.

139 AD ſextum argumentum, vt plenè ſatisfaciamus, ſatis nobis eſt ſcire cum Auguſtino, a quod licèt alij alijs ſanctiores ſint, meliores, prudentiores, validiores, &c. in baptiſmatis tamen gratia conferenda omnes ab vno, qui rectè baptizant, pares, & æquales ſunt, eo quod quam ab vnius tantum Chriſti Domini authoritate, & tam quam miniſtri eius baptizant, non aliter, neque alio modo. Quare ſicut effectus, & opus non cauſæ inſtrumentali, aut miniſteriali, ſed tantùm principali tribuitur, ita baptiſmus. Et ideò nec baptizati à Paulo, vel à Petro poſſunt dici quantum ad hoc Pauli, aut Petri, ſed tantum Chriſti: nam ipſe omnino eſt, qui ex propria authoritate baptizat, atque interius mundat: & propterea ad Epheſios dicitur, b *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma*, vtpotè eadem prorſus Chriſti Dominii authoritate, atque eadem ratione collatum, qui vnus ſemper atque idem eſt. Nam vt dicitur: c *Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus*; ita & dici poteſt baptizator.

Tantum valet baptiſmus ab alio miniſtro collatus.

a Tract. 6. in Ioã.

b Epheſios 4. 5.

c Matth. 23. 10.

Huiuſmodi autem vnitatem ideò prætendit Chriſtus, vt diuiſionis ſchiſmata remoueret à nobis, ſed potius vno ore omnes honorificarent Deum. Quam ob rem B. Paulus d induxit elogium in argumento inuectum, quod integrè pronuntiatum ſic habet. e *Obſecro autem vos per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Significatum eſt autem mihi, quia contentiones ſunt inter vos, quia vnuſquiſque veſtrum dicit, Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, diuiſus eſt Chriſtus?* Quaſi diceret, iniquum valde ac præpoſterum eſt velle diſtinguere inter baptiſmum, & baptiſmum, baptizantem & baptizantem; & proinde inter baptizatos ipſos, cum inter effectus ſit diſtinctio, neque inter principalè cauſam, quæ Chriſtus eſt diuiſio.

d Rom. 5.

e 1. Cor. 5. v. 12

140 Inde D. Thom. f Chriſtus in baptiſmo habet duplicem virtutem ſibi propriam, primam qua ſimul cum Patre interius mundat à peccato, quod nulli creaturæ poteſt communicari. Aliam ſecundam, humanam naturam, quæ poteſtas dicitur excellentiæ conſiſtens in quatuor. Primum quod ſit ſacramentorum inſtitutor. Secundum quod effectum Sacramentorum potuit ſine Sacramento producere. Tertium quod meritum paſsionis eius operatur in baptiſmo, & alijs Sacramentis. Quartum quod ad inuocationem nominis eius Sacramento conferuntur. Hanc autem poteſtatem excellentiæ quantum ad quartum effectum potuit conferre miniſtris, at noluit ne ſchiſma in Eccleſia fieret, dum tot putarentur baptiſmata, quot Baptiſtæ. Et hoc eſt quod ſecundum Auguſtinum Ioannes Baptiſta g de Chriſto noſſe fatetur.

Chriſtus in baptiſmo habet duplicem virtutem.

f Sup. 1. Cor. 1. lect. 2.

g Ioan. 3.

Ex his planè elicitur, quod quantumcumque Petrus ſit Vicarius Chriſti, quia tamen non eſt ipſe Chriſtus, ideò baptizati non magis poſſunt dici Petri quàm Pauli, vtique quantum ad effectum baptiſmi, at quantum ad gubernationem, & iuriſdictionem omnes fideles ſumus oues, atque ſubditi eius.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Reſp. 7. argum. primi capitis & oſtenditur, quod errata Petri primatui eius non obſtiterint.

Nō obfuerunt errata Pétro quominus Eccleſiæ præficeretur.

141 Eptimum argumētum varia capita importat. Quorum omnium accurata diſcuſsio prolixitatis nimium, parum verô vtilitatis pertraheret; adhuc ipſis delatoribus & criminatoribus. Nam ſummum quod per ea poſſunt reuincere ſunt aliqui lapſus Petri, errata, & culpæ grauiores. At licèt id concedamus illis (quod tamen de obiectis omnibus concedendum non eſt, vt vel ipſi cæci videbunt conſultis expoſitoribus ſacris Euangeliorum) adhuc nihil contra nos obtinerent; quoniā poſtquam in mari dubitans cœpit mergi *a* audiuit *b Tu es Petrus, & ſuper hanc* à Matth. 14.
petram ædificabo Eccleſiam meam. Et poſtquam obiectionibus alijs implexus, & b Matth. 16. 18.
irretitus eſt, audiuit etiam ab eodem Chriſto, *c Paſce agnos meos, paſce oues* c Ioan. 21. 15.
meas. Igitur errata illius, ſiue grauia, ſiue læuia, ſiue fœda, ſiue infanda, eminentiam poteſtatis ſuæ, ſiue accipiendam, ſiue acceptam non diſcuſſerunt.

Peccatores conuerſos Deus maximè ad honores erexit

142 Et ſanè cum peccatores, & quidem teterrimos Deus tot gratijs prærogatiuis, donarijs, dignitatibuſque, tam crebro inſignierit; vt patet in Dauide, Saulo, & ſimilibus: quid noui, aut inuſitati portenderet, quod peccatori Petro primatum Eccleſiæ ſuæ promiſerit, & præbuerit? Maximè cū nō ſub conditione promiſerit, ſicut promiſit regnum temporale Dauidi pro poſteritate ſua, dicens: *d Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia hæc,* d Pſal. 131. 12.
quæ docebo eos, & filij eorum vſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. Si autem dereliquerint legem meam, & in præceptis meis non ambulauerint: viſitabo in virga iniquitates eorum. Dixit enim abſolutè Petro: *e Tibi dabo claues regni cœlorum. Su-* e Matth. 16. 16.
per hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Vnde non obſtantibus quibuſcumque Petri erratis & lapſibus, etiam nefario illo negationis Chriſti, abſolutè accepit ab eo *Paſce oues meas.*

Magna Chriſti gratia ad Petrum.

143 Similiter ne minus fidens in promiſsionibus Chriſti Petrus timore ſui criminis actus, inueniretur, miſsit rediuiuus ad eum dicens. *Dicite diſcipulis eius, & Petro quia ſurrexit Dominus;* iuxta quæ ſapienter notauit ſapientiſsimus ille Euſebius Alexandrinus in Aſia Epiſcopus; qui prædicta verba explanans ait: *f Vt Petrus non timeret, ne propter negationem dignitatem Apo-* f Hom. de reſurrectione.
ſtolicam principatus amiſiſſet: veni, inquit, ne timeas, nihil tibi de gloria Apoſtolici chori minuo, non te à dignitate remoui, non feci te ſecundum poſt alium, non dedi alteri claues ne metuas Petre; quod promiſi impleo.

De' permittit mala ob ingentia bona.

144 Imô cum Deus nulla permiſerit vnquam permittat ve mala, niſi eliciturus inde maiora bona: tantum abeſt vt iſti lapſus Petri dignitati obfuerint; quod quodam modo profuerunt, atque iuuarunt, dicente Ambroſio ſic: *g Petrus fidelior factus eſt poſtquam fidem* (id eſt, fidei confeſsionem) *ſe perdi-* g Homil. 47.
diſſe defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quàm amiſit: Tamquam bonus enim paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret.

Cur in Eccleſiæ vertice collocādus permiſſus fuit cadere?

145 Quod ſi vrgeas videri abſonum & indignum prouidentiæ Dei, vt ad tantam dignitatem ſupernè aſſumptus, tàm turpibus fœdatus ſit lapſibus, audi Hieronymum dicentem; *h Prudens lector inquirat, quomodò poſt tantam* h Sup. Matt. 16.
beatitudinem: Beatus es Simon Bar-jona, &c. Nunc audiat; *vadè retro me Sathana, ſcandalum es mihi, aut quæ ſit tam repentina conuerſio, vt poſt tanta præmia Sathana appellaretur? Sed ſi conſideret qui hoc quærit,* Petro *illam benedictionem,*

beatitu-

beatitudinem, poteſtatem, & ædificationem ſuper eum Eccleſiæ in futuro promiſſam non in præſenti traditum intelliget, ædificabo, inquit ſuper te Eccleſiam meam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Quod ſi ſtatim dediſſet ei, numquam in eo praua confeſſionis error inueniſſet locum.

i Hom. 21. in Euangel.

146 Aliam ſubiungit cauſam Gregorius Magnus ſic, i *Conſiderandum nobis eſt, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit. Quod nimirum magna actum eſſe pietatis diſpenſatione cognoſcimus, vt is qui futurus erat paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet.* Alia ad idē cauſa.

Adde, quod ſi Petrus parem foret mulctam repenſurus, non ſolũ alijs præferri Apoſtolis, verùm neque æquari illis poſſet. Si igitur illis non obſtantibus adhuc ſummis, & maximis Apoſtolorum Eccleſiæ exæquatus eſt, & hoc ex diuina gratia: cur non ex eadem potuit præferri? At non licuit illi facere quod voluit? An oculus noſter nequam erit, quoniam Chriſtus bonus eſt? Tollat ergo quiſque quod ſuum eſt, & vadat; vtique filij lucis lucem; tenebrarum verò tenebras in meridie palpent tamquam cæci.

Vltimum argumentum ſpecialem, eamque celeberrimam continet difficultatem; quæ dubium integrum, licet non prolixum, exigit, mox ſub ſequẽti inſcriptione breuiter agitandum.

DVBIVM TERTIVM.

Vtrùm primatus Petri priuatus, & perſonalis omnino, an publicus perpetuuſque ſit: hoc eſt, tam pro illo quàm pro ſucceſſoribus ſuis collatus à Chriſto, ita vt ſit plane hæreditarium ius?

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ſunt à parte negatiua.*
2 *Arguitur primò à parte negatiua.*
3 *Arguitur ſecundò ad idem.*
4 *Arguitur tertiò à parte negatiua.*
5 *Arguitur quartò ad idem.*
6 *Arguitur quintò ad idem.*
7 *Arguitur ſextò à parte negatiua.*
8 *Arguitur ſeptimò à parte negatiua.*
9 *Pars affirmatiua oſtenditur de fide.*
10 *Quid ſit Petrum fieri fundamentum Eccleſiæ?*
11 *Omni tempore eget Eccleſia paſtore viſibili.*
12 *Chriſtus non ſolum inſtituit paſtorem: ſed paſtorale officium.*
13 *Magis eguit Eccleſia paſtore poſt Petri obitum quàm ante.*
14 *Primatus Aaronis etiam reſpiciebat ſucceſſores.*
15 *Primatus Petri præſtitus intuitu vniuerſalis Eccleſiæ.*
16 *Oſtenditur pars affirmatiua ex Clemente Romano.*
17 *Idem ex Anacleto.*
18 *Idem ex Euariſto, ſucceſſore Anacleti.*
19 *Oſtenditur pars affirmatiua ex Alexandro primo & alijs.*
20 *Idem maximè oſtenditur ex Leone Magno.*
21 *Idem oſtenditur ex Cypriano.*
22 *Idem ex Chryſoſtomo.*
23 *Idem ex Ignatio & alijs.*
24 *Cur notis ſingularibus prædiffiniit Chriſtus Petrum quando illi claues promiſit.*
25 *Primatus Petri inſtitutio fuit ad*

nor-

normam maioratus.
26 *Cur Petrus tum mire à Chriſto commendatus?*
27 *Quo ſenſu ſummus Pontifex Apoſtolus ſit?*
28 *Pōtificatus inſtitutio vniuerſalis.*
29 *Primum cuiuslibet præfecturæ caput debet eſſe eximium.*
30 *In dignitatis apice præſtat cunctis etiam ſanctis Papa.*
31 *In quo Epiſcopi ſuccedant Apoſtolis?*

CAPVT PRIMVM.
Authores & argumenta partis negatiuæ.

Hæretici ſūt à parte negatiua.

1 IDem qui ſupra hæretici Lutherani, Caluiniani, & ſimiles partem negatiuam luto ſimul, ac puluere inſtruunt. Vnde argumenta illorum puluerulenta potius quàm plumbea ſunt. Vt tamen robuſtiora fiant ſic efformabimus ea.

Arg. 1. à parte negatiua.

2 In primis enim præcedenti dubio abunde à nobis conſtitutum eſt, priuilegium primatus ſoli Petro indultum eſſe, iuxta illa verba: *a Beatus es Simon Bar-jona. Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et propter illa: *b Petre amas me plus his? paſce oues meas.* Ergo priuilegium hoc prorſus perſonale fuit, & omnino priuatum, & proinde non alijs etiam ſucceſſoribus Petri commune.

a *Matt.* 16. *v.* 18
b *Ioan.* 21. 17.

Arg. 2. ad idem.

3 Secundò, Chriſtus non cuicumque homini præfecturam commiſit, niſi tātùm Cephæ, hoc eſt, petræ ſolidiſsimæ atque robuſtiſsimæ, vt patet, Matth. 16. *c* neque cuique illam communicauit, aut contulit, niſi ei qui illum pluſquam omnes Apoſtoli diligeret, vt patet. *a* At illa petræ ſoliditas, & illa dilectionis ſublimitas non eſt commune, ſed priuatum ac perſonale Diui Petri encomium, aut etiam ornamentum: nam quis petreuis adhuc ex omnibus ſucceſſoribus eſt, qui plus Apoſtolis ipſis Chriſtum dilexerit. Ergo dignitas nitens huiuſmodi fundamentis non communis, ſed Petro priuata fuit.

c *Matt.* 16. *v.* 18
a *Ioan.* 21.

Arg. 3. à parte negatiua.

4 Tertiò, ſucceſſores Petri non ſunt Apoſtoli, alias eorum ſcripta eſſent ſacra, non ſecus ac ſcripta Petri, Matthæi, & Ioannis. Igitur nulli eorum cōgruit Diui Petri dignitas, quoniam iſta Apoſtolica eſt, vtpotè omnium prima.

Arg. 4. ad idem.

5 Quartò, ex ſingulari exemplo non licet facere, aut conijcere vniuerſalem regulam, neque illud quod ſemel factum eſt licet ad perpetuitatem trahere. Ergo ex eo quod primatus promiſſus ſemel, atque præſtitus ſit non ſequitur, quod perpetua ſucceſſione debeat peremnare.

Arg. 5. ad idem.

6 Quintò, Petro vniuerſalis Eccleſiæ cura demandata eſt, quoniam prius idoneus factus fuit tanto muneri. At non conſtat aliquem alium parem tanto oneri effectum. Igitur neque tanto munere functum, aut ſaltem ex eo, quod Petrus vniuerſali Eccleſiæ præpoſitus fuit, non ſequitur alios præfectos, aut præficiendos eidem, cùm tanta ſit inter eos diſparitas.

Arg. 6. à parte negatiua.

7 Quoniam aliàs ſucceſſores Petri, verbi gratia, Linus, Cletus, Clemens, Anacletus, & alij, qui temporibus aliquorum Apoſtolorum, maximè Ioannis Euangeliſtæ pontificiam ſedem aſcenderunt potiores ipſis viuentibus Apoſtolis erant, non ſecus ac paſtor præeminens ſuis. Quod tamen videtur abſurdum.

Arg. 7. à parte negatiua.

8 Septimò, ſic ſe habent ſucceſſores Petri ad Petrum, vt ſucceſſores Ioannis ad Ioannem, & aliorum Apoſtolorum ad alios Apoſtolos. At iſti nō participant eandem authoritatem quam illi, quoniam aliàs haberent vniuerſalem

Digitized by Google

lem poteſtatem Eccleſiaſticam, vt habuerũt ipſi Apoſtoli. Igitur neque illi.

Denique, vel inſtitutionis verba extenduntur ad ſucceſſores, vel non. Si non habetur intentum. Si ſic, ergo & præcedentia illa, *Tu es Petrus*, & ſubſequentia: *Vade poſt me Sathana.*

CAPVT SECVNDVM.

Ex ſcriptura, & ratione oſtenditur pars affirmatiua quæſtionis, hoc eſt, primatum Petri non fuiſſe priuatum, ſed communem ad omnes ſucceſſores illius.

9 PArs nihilominus affirmatiua fidei dogma eſt, neceſſaria conſequutione deductum ex his quæ duobus præcedentibus dubijs ex reuelatione diuina ſtabilita ſunt. Sanè dubio primo ex fidei oraculis vidimus præeſſe vniuerſali Eccleſiæ (velut Monarchiæ ſacræ) ſummum quemdam Primatem, ac Monarcham: dubio autem ſecũdo ex eiſdem principijs oſtendimus maximum hunc primatem Monarchamve poſt Chriſtum, ac vice Chriſti fuiſſe Petrum. Igitur intra Eccleſiam eſt ſucceſſor aliquis Petri indiuidua eius authoritate pollens: vtpotè quod Petro quaſi hæreditario iure in eadem præfectura ſuccedit: Monarchia enim abſque Monarcha non eſt.

Pars affirmatiua oſtenditur de fide.

10 Deinde, Chriſtus promiſit Petro, quod Eccleſia ſuper illum ſtruenda ruitura non foret, ipſumque futurum immobile fundamentum illius: iuxta ea quæ præcedenti dubio *a* explanata atque examinata ſunt. At Petrum eſſe fundamentum inconcuſſum Eccleſiæ, in eo potiſsimè ſitum eſt, quod Petrus fideles fulciat, muniat, & ſtabiliat in fide, iuxta id *b Confirma fratres tuos*, vtrique prædicando, monendo, præcipiendo, pœnis, præmijſque afficiendo, ſoluendo item, & ligando, iuxta ibidem allegata, & probata. Item præcepit illi: *c Paſce oues meas.* Nimirum verbo & exemplo. Ergo cum hæc Petrus vita functus præſtare non poſſet: conſequens eſt, quod in ſucceſſoribus, & per ſucceſſores illius ea præſtet, & proinde quod in poteſtate, authoritate, & virtute omnes ſucceſſores Petri ſint Petrus ipſe: atque adeò quod pro ſe, & pro omnibus ſucceſſoribus ſuis talem primatum ſuſcipit, ita vt in Petro Chriſtus omnibus ſuis ſucceſſoribus dixerit, *d Confirma fratres tuos*, & *e Paſce oues meas.* Aliàs vita functo Apoſtolo Petro poſſent portæ inferi aduerſus Eccleſiam Chriſti ſæuiendo præualere, & ipſa à ſua firmitate deficere: quoniam virtus promiſsionis Chriſti vlteriora Petri tempora non penetrauit, neque alium poſt Petrum muniuit.

Quid ſit Petrum fieri fundamentum Eccleſiæ?

a *Matth. 16.*
b *Lucæ 22. 32.*
c *Ioan. 21. 17.*
d *Luc. 23. 32*
e *Ioan. 21. 17.*

11 Tertiò ideò Chriſtus vnicum præfecit caput in vniuerſa Eccleſia, vt cum ipſa viſibilis eſſet, haberet poſt eius abſceſſum & aſcenſum ad Patrem viſibile aliquod, & aſpectabile numen, à quo vt à Vicario ſuo more hominum gubernaretur in terris, hoc eſt, ſenſibiliter, & patenter, iuxta quæ dubio primo plus ſatis viſa ſunt. Cùm ergo ratio iſta vrgeat, non tantùm pro aliquo, ſed pro omni tempore ſeculi, conſequens eſt, vt non tantùm pro aliquo, ſed pro omni tempore ſeculi infuderit Chriſtus Petro huiuſmodi principatum. Maximè cùm non in priuatum commodum, aut culmen illius, aut eorum, qui tunc degebant. Sed potius in vniuerſorũ fidelium prouentum, & fructum talis in Eccleſia fuerit præfectura ordinata.

Omni tẽpore eget Eccleſia paſtore viſibili.

12 Adde, quod Chriſtus Dominus per illa verba, *f Paſce oues meas*, non tantùm inſtituit paſtorem, ſed etiam paſtorale officium in bonum, & emolumentum omnium ouium ſuarum. Alias aliquibus tantùm, hoc eſt, illius temporis ouibus, non verò futuris in poſterum vſque ad ſeculi conſummationem maturè prouidiſſet, ſed inſtitutio paſtoralis officij

Chriſtus non ſolum inſtituit paſtorem,

f *Ioan. 2. 17.*

Digitized by Google

Sed paſtorale officium.

officij pro bono,& commodo ouilis vſque in finem ſeculi permanſuri, non poteſt non eſſe perpete,& ſucceſſores requirens. Ergo in B. Petro ſucceſſores à Chriſto Domino inſtituti,& vocati ſunt pro eadem poteſtate indiuidua.

Magis eguit Eccleſia paſtore poſt Petri obitũ quàm ante.

13 Quartò, tempore quo Petrus vixit, minus eguit Eccleſia ſummo paſtore & Præſule, quàm poſt obitum eius: vtpotè quod tunc vigebant, ac florebant reliqui Apoſtoli, qui tàm in gratia, quàm etiam in fide confirmati erant, & eadem qua Petrus authoritate micabant, vt omnes aperte conijciunt ex illo: g *Amen dico vobis quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c.* & ex illo: h *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ergo ſi hoc nõ obſtante conſtitutus fuit Petrus caput vniuerſalis Eccleſiæ ad illud tempus, conſequens eſt, vt poſt illud tempus debeat ex conſtitutione Chriſti ſuccedere alius in eodem munere pro vlteriori tempore. Ni velimus dicere quod non iuxta exigentiam Eccleſiæ conſulit eo Chriſtus, ſed tunc maximè quando id munus opus erat, & tunc minus quando maximê id expediret. Quæ tamen blaſphema ſunt.

g *Matt.* 18.v.18
h *Ioan.* 20.21.

Primat⁹ Aaronis etiam reſpiciebat ſucceſſores.

14 Quintô, primatus Aaronis, ſummi, ſupremique Sacerdotis non fuit priuatus,& omnino indiuiduus, ſed communis, & conueniens potius omnibus ſucceſſoribus eius, vtique Eleazaro, Phinees,& ſimilibus vſque ad Annã & Caipham, de quo Ioannes: i *Qui cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit.* Ergo idem dicendum eſt de primatu Petri reſpectu ſucceſſorum ſuorum: ſiquidem illa per omnia præſignificabant illa,& non minus proſpectũ eſt bono & æquo Eccleſiæ, quàm Synagogæ.

i *Ioan.* 11.

15 Inde Auguſtinus. K *Si in Petro non eſſet Eccleſiæ Sacramentum, non ei diceret Dominus: Tibi dabo claues regni cœlorum, quæcunque ſolueris, erunt ſoluta. Si hoc Petro tantùm dictum eſt, non hoc facit Eccleſia. Si ergo hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit Eccleſiam ſignificauit.* Id eſt, Petrus hunc primatum ligandi atque abſoluendi à Chriſto Domino accepit, at non priuatim, vt priuata, & particularis perſona, ſed potius, vt communis & publica toti Eccleſiæ, quã vt caput repræſentabat,& referebat: & ideô quouis tempore Eccleſia, eadem qua Petrus viguit authoritate, pollet, idemque gerit munus ipſo prorſus modo quo tempore Petri, vtique in ſuo vniuerſaliſsimo capite, ac per illud, ſicuti Eccleſia alia munia complet per alios.

K *Hom.* 50. *ſup. Ioannem.*

Primatus Petro præſtitus intuitu vniuerſalis Eccleſiæ.

CAPVT TERTIVM.

Authoritate oſtenditur, Primatum Petri pro omnibus ſucceſſoribus eius inſtitutum eſſe.

Oſtenditur pars affirmatiua ex Clemẽt. Rom.

16 RVrſum perpetua id ſanctorum Patrum authoritate & traditione firmatum habemus. Quoniam in primis diuus Clemens, a (quam vt planè authenticam citat Anacletus Papa) ſic ait de Petro. *Simon Petrus qui fundamentum Eccleſiæ definitus eſt qua de cauſa ore* Domini *cognominatus eſt Petrus, & electione Domini fuit Apoſtolorum primus, mortem ſuam præſentiens in conuentu fratrum apprehenſa manu mea inter alia dixit: Hunc Clementem Epiſcopum vobis ordino, cui ſoli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado, ipſique trado à Domino mihi traditam poteſtatem.*

a *Epiſt. ad Iacobum fratrẽ Dñi.*

Idem ex Anacle.

17 Deinde Anacletus, Clemẽtis in pontificatu ſucceſſor, ſic inquit, b *Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſsione Saluatoris, vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus, vniuerſam conſtruxit Eccleſiam,*

b *Epiſ.* 1. *quæ extat in* 1. *to. Conciliorum.*

dicente

Digitized by Google

dicente ipſo ad beatum Principem Apoſtolorum Petrum; Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et iterum: c *Inter ipſos Apoſtolos quædam fuit diſcretio: quia licèt omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino id eſt conceſſum, ut reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas primum caput. & principium teneret Apoſtolatus, qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus tradidit.*

c Idem epiſt. 3.

18 Item Euariſtus d ſucceſſor Anacleti Epiſtola ad eos (qui ſedem conſuluerunt Apoſtolicam) ſic ait: *Dilectio veſtra normam ſequuta prudentium ad ſedem Apoſtolicam referri maluit, quaſi ad caput, utique ad cathedram Petri.*

d Epiſt. 1. quæ eſt ad Epiſcopos Africanos.

Idem ex Euariſto

19 Et Alexander primus, e qui Euariſto ſucceſsit tempore Trajani ſic: *Relatum eſt ad huius ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput, ipſo dicente Principi Apoſtolorum, Tu es Petrus, &c.*

e Epiſt. 1. ad omnes orthodoxos.

Oſtenditur pars affirmatiua ex Alex. I. & alijs.

18 Similia habent Pius I. *f* Victor, g Zepherinus, *h* qui Victori ſucceſsit, Euſebius, & Melchiades inquiens, *i Hoc priuilegium beato clauigero Petro Chriſtus ſua vice ſolummodo commiſit. Quod eius iuſtè prærogatiuum ſuccreſcit ſedi, futuris hæreditandum, atque tenendum temporibus: quoniam & inter beatos Apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis.* Marcus Lucius Sixtus II. Felix, Iulius I. Damaſus Innocentius, & alij quos refert Cano. *K*

f Epiſt. 1.
g Epiſt. 1.
h Epiſt. 1.
i Ad Hiſpaniarum Epiſcopos.
K 4. de locis c. 4.

10 Inter omnes tamen eſt Leo, qui ait: *l Manet diſpoſitio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine petræ perſeuerantis, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula nō reliquit. Perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis.* Et rurſum. *m In perſona humilitatis meæ ille intelligitur, ille honoratur, in quo, & omnium paſtorum ſolicitudo cum commendatarum ſibi ouium cuſtodia perſeuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit.* Et Gregor. Magn. *n Suauiſsima mihi ſanctitas veſtra multa in epiſtolis ſuis de ſancti Petri Apoſtolorum* Principis *cathedra loquuta eſt, dicens, quod ipſe in ea nunc uſque in ſuis ſucceſſoribus ſedeat.*

l Ser. 2. in anniu. aſſumpt. ſuæ.
m Idem ibid.
n In dictis ep. 57 ad Eulogiū Epiſcopum Alexand.

Id maximè oſtenditur ex Leo. Magno.

21 Demum (ne dubium breui ſermone perſtringendum latiori calamo producamus) Cyprianus Martyr o comparans primatum Petri capiti, radici, fonti, & ſoli, apertè ſignificauit primatum iſtum non intra ſolum Petrum ſe ſe continere, ſed ad plures alios diffundi, ac deriuari. Quoniam quatuor illa ſuam, non tam ſibi, quàm alijs virtutem acceperunt.

o Lib. de vnitate Eccleſiæ.

Idem ex Cypr.

22 Quare Chryſoſtomus ſic de Chriſto diſcuſsit. p *Quanam de cauſa ille ſanguinem effudit ſuum? Certè ut pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat.* Et Leo Sextus. q *Poſt reſurrectionem Dominus Petrum Principem paſtorem conſtituit; Petrus verò intelligens principatum eum magnum eſſe, videnſque Ioannem ſequentem, quem Ieſus vehementer amabat, inquit: Hic quid? Quaſi diceret, Me ne præfici vis caput diſcipulis? hunc autem dilectum quid facere iubes? Reſpondit Dominus: Tu me ſequere, id eſt, ſequere me hoc baculo paſtorali: & ſicut ego, cum eram vobiſcum, ſeruabam eos ut pater, ut caput, ut magiſter, ſic tu eſto meo loco, & ſequere me principatu, ac poteſtate tua fratres tuos confirma: te enim volo eſſe meo loco. Vnde manet in hodiernum uſque diem Petrus ſequens Chriſtum in ſucceſſoribus ſuis.*

p Lib. 2. de ſacerdotio prope initium.
q Serm. de Petro

Idem oſtéditur ex Chry.

23 Et Ignatius: r *Omnium magiſter dixit Petro magno, & ſummo Apoſtolorum: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tales beatas voces, non ſecundum quemdam utrique ſortem Apoſtolorum Principi Petro ſolum circumſcripſit, & definiuit, ſed ad ſucceſſores quoque deriuare voluit.* Ac Maximus Conſtant. pater. s *Petrum ex cæteris mortalibus de toto orbe conditor orbis elegit, cui cathedram magiſterij principaliter poſſidendam tenere perpetuo priuilegij iure conceſſit, ut quiſquis diuinum aliquid, aut profundum noſſe deſiderat, ad huius*

r Epi. ad Adrianum 2.
s Epiſt ad Orientales.

Idem ex Ignatio & alijs

præcepto.

Digitized by Google

præceptoris oraculum, doctrinamque recurrat. Numquid Angelus de cœlo veniens erat neſciens docere Cornelium? Petri tamen voluit vſurpare officium, cui docendi magiſterium fuerat commiſſum. Item Bernardus. t *Hæc quippe huius prærogatiua Petri, cui enim aliquando alteri dictum eſt:* Ego *rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod ſequitur à Petri ſucceſſore exigitur: Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Modò neceſſarium eſt, Pater amantiſsime, vt miniſterium honoretis; in eo planè impletis Petri vicem cuius tenetis ſedem.* Ac demum Cyrillus Hieroſolymitanus apud D. Thomam v dicit ex perſona Chriſti ad Petrum? *Tu cum finis, & ego ſine fine cum omnibus quos loco tui ponam.*

t *Epiſt.* 199.

v *Opuſc. contra errores Græcorũ*

CAPVT QVARTVM.

Reſp. argumentis primi capitis.

Cur notis ſingularibus prædefiniuit Chriſtus Petrum quando illi claues promiſit?

24 NEque argumenta in contrarium quoquo modo vrgent: Quoniam primò tantùm conuincitur notas illas omnes indiuiduales expreſſas à Domino fuiſſe, ad expreſſe, diſerteque diſtinguendum inter Petrum & coapoſtolos eius, nõ verò inter Petrum, & ſucceſſores ſuos. Sicut quãdo Princeps aliquis, plures habens filios, inſtituit proprio & libito maioratum in aliquo illorum, notis, ac conditionibus indiuiduis ſignat eum, vt à cæteris diſtinguat cõfratribus, at non à ſucceſſoribus ſuis. Sed hos pro eadem perſona reputat ac ducit, vtpotè quòd hi omnes vnicum maioratus dominum & inſtitutorem repræſentant.

Primat⁹ Petri inſtitutio fuit ad normam maioratus.

25 Quod autem hæc Chriſti inſtitutio adinſtar maioratus fuerit, ab vno ſucceſſore in alium legitimè inuectum, claret ex ipſis inſtitutionis verbis toties repetitis, vtiq; ex illis. a *Super hanc petram ædificabo Eccleſiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatum in cœlis, & quod cumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis.* Et ex illis b *Paſce oues meas.* In his enim diſertiſsimè oſtenditur finem prædictæ inſtitutionis fuiſſe incolumitatem Eccleſiæ, & fidelium columen, & commodum. Vnde ſicut qui aliquem hæredem inſtituit pro bono & æquo poſteritatis ſuæ, ac domus ſuæ, vt ſic ſaluam eam, integram, incolumemque ſemper, atque pro ſemper reddat, conuincitur quod illa inſtitutio non priuata ad vnã perſonã, ſed cõmunis ad plures eſt iuxta tẽporũ productionẽ & lõgeuitatẽ, qua vno decedẽte ſuccedit alius, vt ſic generatione vnius medeatur ineuitabili corruptioni alterius, ita hic. Quapropter in *Petro* Chriſtus inſtituit pontificatum duraturum vſque in finem mundi, in menſura durationis ſacræ militantis Eccleſiæ, & ideò non priuata, ſed publica, & in plures illa inſtitutio fuit.

a *Math.* 16. 18.

b *Ioan.* 21. 17

Cur Petrus tam mire à Chriſto cõmendatus?

26 Ad ſecundum reſp. quod cum ſuper caput Petri huiuſmodi præfectura inſtituta ſit, vt ab eo, vt à primo Vicario deriuaretur in reliquos: oportuit de præclariſsimis rebus geſtis eum notari, ac commendari quoniam prioris cuiuſcumq; familiæ ac generis ſuper quos Reges, ac Principes extruunt Regalia munia perpetuo poſſidenda, oportet clarioribus eos præluxiſſe virtutibus, eximijſque facinoribus: quidquid poſtea ſit de ſucceſſoribus eorum, modò in ſubſtantialibus non deficiant. Quare illa *Petri* encomia deſignant eum primum Vicarium Chriſti ex paſtorali officio non pro omni temporum differentia, ſed cum ſucceſsione perpetua *Prælatorũ.* Inde Clemens Romanus: c *Simon Petrus veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu fundamentum Eccleſiæ diffinitus eſt. Qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini Apoſtolorum primus.*

Quo ſenſu ſũmus Põtifex Apoſtolus ſit?

27 Ad tertium reſp. Romanum *Pontificẽ* verè non eſſe Apoſtolũ quantũ ad prærogatiuas illas, quibus diſcipuli Dñi ſingulariter potiti ſunt. At eſſe

c *Epiſt.* 1. *ad Iacob. Fr. Domini.*

eeee Apoſto-

Apoſtolum quantum ad Apoſtolica munia, hoc eſt, quantum ad authoritatem Eccleſias conſtituendi, propagandi, ac diſſeminandi per omnes mundi oras fidem, & ſumma ſuper Eccleſias omnes poteſtate fruendi; quæ omnia Apoſtolica ſunt, & ſingulariter Apoſtolos, ſiue ex officio, ſiue ex priuilegio concernentia. Qualis tamen non eſt prærogatiua authenticè, atque ſacrè ſcribendi; vtpotè quod alijs quàm Apoſtolis indulta nonnumquam eſt: imò & ex Apoſtolis non niſi vnus, vel alter illa fuit vſus.

28 Ad quartum reſp. inſtitutionem huius præfecturæ vniuerſalem fuiſſe: non ſecus, ac inſtitutio muneris peremni ſuceſsione exequendi: & ideò promiſsio illa innumeris æquipollet promiſsionibus. Quare non ex ſingulari exemplo deducitur regula vniuerſalis, ſed potius ex pollicitatione cõmuni, peremnique.

Pontificatus inſtitutio vniuerſalis.

29 Ad quintum reſp. primò, vt ad tertium. Plura enim requiruntur ad primam erectionem, conſtructionemve magiſtratus quàm ad ſucceſsiuam, & perpetem propagationem illius. Horum autem vnum eſt, quod ille in cuius gratiam præfectura creatur, & ſuper cuius caput erigitur, longè plures alios virtute præcellat, licèt ſucceſſores illius non ſic ſuper omnes emineat.

Primum cuiuslibet præfecturæ caput debet eſſe eximium

d *Luc. 22. 32.*

Secundò, reſp. quod cum munus Petri fuerit ſuos in fide fratres confirmare, iuxta illud d *Confirma fratres tuos*: & ad id ſupplicatum à Chriſto, ne fides eius deficeret: conſequens eſt, quòd ſucceſſores illius eadem prærogatiua in fidei confeſsione gaudeant: nam etiam eidem prorſus incumbunt muneri. Ad eos enim ſpectat fratres in fide confirmare, tùm docendo, tùm pollicendo, tùm minando, tùm præmio, tùm ſupplicio afficiendo.

30 Ad ſextum reſp. verum quidem eſſe, quod in dignitatis apice quilibet ſummus Pontifex præſtabat cuicumque fidelium, etiam ſanctiſsimo, ac Deo coniunctiſsimo, non ſecùs, atque paſtor ſuis præſtat ouibus quantumcumque præſtantibus. At aliunde fideles potuerunt præſtare Pontifici, vt Deipara præſtitit cunctis, & ſæpe laicus clerico, & fœmina viro. Inde Bern. *Tu poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus, tu cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt quidem, & alij cœli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto differentius, vtrumque præ cæteris nomen hereditaſti. Habent illi ſibi aſsignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi vniuerſi crediti, vni vnus; nec modo ouium, ſed & paſtorum tu vnus omnium paſtor.*

e *Lib. 2. de conſider. ad Eugen. Pontif. cap. 8.*

In dignitatis apice præſtat cunctis etiã ſanctis Papa.

31 Ad ſeptimum reſp. Epiſcopos, & Prælatos aliarum particularium Eccleſiarum ſuccedere quidem Apoſtolis in poteſtate ordinaria talium Eccleſiarum. At non in priuata illa, quam ex priuilegio Chriſti habuerunt in vniuerſalem Eccleſiam. Pro quo eſt notandum, quod cum Apoſtoli à Chriſto iuriſdictionem regendi, & gubernandi Eccleſiam, tàm in foro interiori, quàm exteriori immediatè acceperint, nec Chriſtus eam illis limitauerit, ſed plenè omnibus dixerit: f *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*: ideò iuriſdictio illa vniuerſalis fuit, & pro vniuerſali recepta apud ſanctos Patres, præſertim Cyprianum, g Chryſoſtomum, ac Theophilactum, h qui propterea Vicarij Chriſti ab illis appellantur: imò, & ab Eccleſia dicente in Apoſtolorum præfatione, *Quos operis tui Vicarios eidem contuliſti præeſſe Paſtores*. Quare nec Petrus ipſe potuit eos tali authoritate priuare. Et iure quidem; nam ſi ex eo, quod Presbyteri accipiunt immediatè à Deo authoritatem cõſecrandi abſque aliqua limitatione, colligitur, quod habent poteſtatem in omnem materiam conſecrabilem, conſequens eſt, quòd etiam Apoſtoli in omnem Eccleſiam habuerint iuriſdictionem vniuerſalem, vt Epiſcopi, Apoſtolorum ſucceſſores, cum à ſummo Pontifice, vt ab vnico Eccleſiæ Monarcha, & ab vnico viſibili capite iuriſdictionem immediatè accipiãt, & de beneplacito eius ratam, atque firmam habeant (nam poteſt illam mutare, & auferre, vt habet Bernardus) i non poſſunt ampliorem iuriſdictionem habere,

In quo Epiſcopi ſuccedãt Apoſtolis?

f *Ioan. 20. 21.*

g *Li. de vnit. Eccleſ.*

h *Sup. Ioan. 20.*

i *Epiſtol. 131. ad Mediolanenſes.*

Digitized by Google

re, quam definitam illam, atque limitatam, quam à Summo Pontifice accipiunt. Et ideò licet ſuccedăt Apoſtolis in dignitate, at non in plenitudine poteſtatis, propter diuerſitatem immediatè donantium.

Ad octauũ reſp. omnia quæ pertinet ad officium paſtorale, pertinere ad ſucceſsionem, & ad ſucceſſores: ſecùs verò alia.

DVBIVM QVARTVM.

Vtrùm Romanus Pontifex ſit legitimus Petri ſucceſſor in vniuerſali ac ſumma poteſtate, ac præfectura ſuper omnes Eccleſias?

SVMMARIVM.

1 *Nouiores hæretici negant.*
2 *Arg. 1. à parte negatiua.*
3 Arg. 2. *ad idem.*
4 Arg. 3. *pro parte negatiua.*
5 Arg. 4. *ad idem.*
6 *Arg. 5. ad idem.*
7 *Arg. 6. pro parte negatiua.*
8 Arg. 7. *ad idem.*
9 *Arguitur octauo ad idem.*
10 *Arguitur nono ad idem.*
11 *Arguitur decimo ad idem.*
12 *Oſtenditur pars affirmatiua ex Anacleto.*
13 *Oſtenditur idem ex Marcello & Iulio.*
14 *Idem oſtenditur ex Gelaſio, Nicolao ſecundo & tertio.*
15 *Oſtenditur eadem pars affirmatiua ex Vigilio, Pio primo & alijs.*
16 *Oſtenditur eadem pars ex Concilijs Niceno & alijs.*
17 *Affirmatiua pars iterum ex Cõcilijs oſtenditur.*
18 *Eccleſia Romana caput omnium Eccleſiarum.*
19 *Idem oſtenditur ex multis alijs Concilijs.*
20 *Ignatius Conſtãtinopolitanus probat partem affirmatiuam.*
21 *Irenæus, Chryſoſtomus, Athanaſius, & Origenes cum Patribus Concilij Nicæni probant eandem partem.*
22 *Alij ſancti Patres eandem partem oſtendunt.*
23 *Epiſcopi oppreſsi ad Romanum confugiebant Epiſcopum.*
24 *Epiſcopus Romanus perpetuus totius orbis Paſtor.*
25 *Idem oſtendunt Patres Latini.*
26 *In Romana Eccleſia ſemper viguet Apoſtolica cathedra.*
27 *Audi Bernardum ad partem affirmatiuam quæſtionis.*
28 *Romani Pontifices omnium Prælatorum gubernationem geſſerunt.*
29 *Omnes Eccleſiæ, etiam Antiochena, ceſſere ſemper Romanæ.*
30 *Conatus Conſtantinopolitani Patriarchæ contra Romanum Præſulam confracti.*
31 *Nullus præter Romanum Pontificem poteſt vniuerſalis Epiſcopus nominari.*
32 *Petrus primo regit Eccleſiam Antiochenam: ſed illam reliquit.*
33 *Petrus initio Pontificatus ſui nulli Eccleſiarum in particulari addictus.*
34 *Gregorius Magnus reſpuit ob humilitatem nomen vniuerſalis Epiſcopi.*
35 *Audiatur Gregorius Magnus.*

36 Ad quos Africana Concilia reſpexerunt, quando noluerunt, quod aliquis nűcuparetur Princeps Sacerdotum.
37 Africani Epiſcopi ad Romanum ſemper prouocarunt.
38 Reſpondetur obiectioni ex Concilio Nicæno.
39 Liberius Papa iniquè & in caſſum ſubnotus.
40 Eccleſia Græca Romanæ ſubeſt.
41 In Petri capite perſonam gerentis Eccleſiæ primatus erectus fuit.
42 Cum diſsimilitudine morum ſtat authoritatis iudicialis æqualitas.
43 Magna magiſtratibus magnis decet pompa.
44 Etiamſi Chriſtus oblatos honores recuſauit, eius tamen vicarius tenetur ſe illis munire.
45 Cur Petrus vt Chriſtus abſque faſtu inceſsit?
46 Eximia Imperatorum reuerentia ad Epiſcopos.
47 Quod Romanus Epiſcopus ſit vniuerſalis Præſul, eſt priuilegiũ perſonale & locale ſimul.
48 Ex actis Petri conſtat ius ſucceſſorum illius.
49 Petrus Romæ paſſus.
50 Cur ſacræ non prodierint literæ, Petrum Romæ paſſum?
51 Cur aliquando Roma appellata Babilonia?
52 Petrus Romæ ſuam conſcripſit epiſtolam.
53 Petrum Romæ ſediſſe, omnium eſt vna mens.
54 Concilium Calcedonenſe nullam Romano Pontifici poteſtatem contulit; ſed quam habebat fuit profeſſus.
55 Concilium Nicænum agnoſcit primatum Romanæ Eccleſiæ.
56 Delirium hæreticorum.
57 Phocas Imperator quid Romanæ conceſsit Eccleſiæ?
58 Iure diuino, Papatus Romanæ Eccleſiæ addictus eſt.
59 Dato non eſſe iuris diuini vnionẽ Papatus & Eccleſiæ Romanæ, eſt tamen rata, quia deducta ab Apoſtolis per traditionem Eccleſiæ.
60 Qualis beneficiorum pluralitas execranda: qualis verò efferenda?

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ.

1 Partem negatiuam quæſtionis varij temporibus varijs, atque ob varias cauſas iniquè amplexati ſunt, vt eſt videre apud Iodoccum Coccium. *a* Qui nequius tamen obſtinatius, & impudentius adhæſerunt illi nouiores iſti tenebriones ſunt, vtique Lutherus, Melanthon, Caluinus, & ſequaces omnem Romani Pontificis dignitatem ſuper vniuerſalem Eccleſiam oppugnantes, illudentes, ac blaſphemantes, apud Bellarminum *b* & alios. Argumenta illorum varia, ſed vana prorſus ſunt. Nouiores hæretici negant.

a Lib. 7. de hier. Eccleſ. art. 7.

b Lib. 2. de Rom. Pontifice cap. 12.

2 In primis enim argumentantur ex his, quæ Gregorius Magnus eximius Romanorum Pontifex erga rem iſtam ſenſit. Etenim epiſtola ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum ſic reſcripſit. *c In præfatione epiſtolæ, quam ad me direxiſtis, ſuperbæ appellationis verbum, vniuerſalem me Papam dicentes, imprimere curaſtis: quod peto dulciſsima ſanctitas veſtra vltra non faciat, quia vobis ſubtrahitur, quod alteri, pluſquam ratio exigit, præbetur.* Et mox. *Et quidem in ſancta Chalcedonenſi ſynodo, atque poſt à ſubſequentibus Patribus hoc prædeceſſoribus meis oblatum veſtra ſanctitas nouit; ſed nullus eorum ve* Arg. 1. à parte negatiua.

c Lib. 7. regiſtri indict. 1. epiſt. 30

vnuam

umquam hoc vocabulo voluit. Si igitur antiquiores Eccleſiæ Romanæ Antiſtites vniuerſalis præfecturæ inſcriptionem reformidarunt, & procul repellerunt, conſequens eſt vniuerſali Eccleſiarum præſulatu eos non fuiſſe potitos. Quoniam aliàs ſic ut cæteras Romanorum Pontificum inſcriptiones placidè gratanterque admiſerunt, ſic admiſiſſent iſtam, aut ſaltem non ſic percitè eam procul amandaſſent.

Arg. 2. ad idem. 3 Deinde argumentantur ex eo, quod aliqua ex Africanis Concilijs cauerunt, ne quis ſe *Principem* Sacerdotum cognominaret, nulla de Romano Pontifice exceptione facta. Igitur non magis eum quàm alios venerati ſunt pro legitimo ſucceſſore Petri, qui Sacerdotum omnium vertex, Princeps, atque columen fuit.

Arg. 3. pro parte negatiua. 4 Tertiò argumentantur ſic: *E*piſcopi Africani temporibus Auguſtini, grauiter inuecti ſunt in Cæleſtinum *Pontificem*, qui ſibi authoritatem poſt Sozinum in Africanas Eccleſias arrogabat, & appellationes Clericorum à ſuis Epiſcopis ad ſe admittebat. Igitur non illum agnouerunt pro vero, legitimoque ſucceſſore Petri in ſumma; ſupremaque regendi authoritate.

Et Concilium Nicænum (vt habetur hiſt. Eccleſiaſt. d) iſta ſtatuit. *Apud Alexandriam, vel in vrbe Romæ vetuſta conſuetudo ſeruetur: vt vel ille Egypti, vel hic ſuburbanarum Eccleſiarum ſolicitudinem gerat.* Cùm igitur fines ſolicitudinis Eccleſiæ Romanæ ſtatuantur ſuburbana Romæ, conſequens eſt Romanum Pontificem Petri authoritatem non hæreditaſſe. Et vt refert Hieronymus, e Acacius Epiſcopus Cæſarienſis, diſcipulus Euſebij Pamphili, depoſuit Liberium Pontificem Romanum, imperante Conſtantino. Quod tamen repugnaret, ſi haberet ſummum *P*ontificatum annexum: & hodie Eccleſiæ Græcorum non agnoſcunt pro ſuo Præſule Romanum Pontificem.

d *Lib. 10. cap. 6.*
e *De viris illuſ.*

Arg. 4. ad idem 5 Quartò, argumentantur ſic: Auguſtinus f varijs in locis dicit, Apoſtolum Petrum Eccleſiæ nomine, atque in perſona Eccleſiæ claues accepiſſe, ait enim. *Quædam dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum pertinere videntur, neque tamen illuſtrant intellectum, niſi cum referuntur ad Eccleſiam, cuius ille cognoſcitur in figura geſsiſſe perſonam propter primatum quẽ in diſcipulis habuit ſicuti eſt, Tibi dabo claues regni cælorum.* Igitur Eccleſia potius quàm Romanus Pontifex eſt legitimus poſſeſſor clauium, atque adeò magiſtratus ſupremus.

f *Lib. 1. de doctr. Chriſt. cap. 18. & tract. 50. & 58 in Ioan. & ſuper Pſalm. 108. & li. 7. de bapt. contra Donatiſt. cap. 5.*

Arg. 5. ad idem 6 Quintò, non poteſt eſſe Petri ſucceſſor Vicarius Chriſti, & *P*ontifex; cuius mores maximè diſcrepant ab ea vitæ ratione quam Chriſtus inſtituit. Quod tamen in Romano Pontifice maximè vſu venit: Chriſtus enim humilitatem docuit, & præ ſe tulit, numquam ſe adorari permiſit: terrena imperia ſibi oblata, etiam intenta; & inita fuga declinauit: nuſquam legitur equitaſſe, ſed inſidentem aſino aliquando Hieroſolymam veniſſe, Apoſtolis magna animi ſubmiſsione ſeruiuit, eorumque pedes lauit. Contra verò Romanus Pontifex vult ſupliciter adorari, pedes ſuos oſculari, magna pompa non ſolùm in equis, ſed humeris hominum geſtari, triplici corona tamquam regum Rex inſigniri, & ſimilia. Ergo potius Chriſto aduerſus, quàm Chriſti Vicarius eſt, aut ſucceſſor Petri.

Arg. 6. pro parte negatiua. 7 Sextò, priuilegium hoc de primatu totius Eccleſiæ in Romano Pontifice, vel eſt locale, vel perſonale, vel mixtum. Si primum, ſequeretur, quod potius competeret Antiocheno Præſuli: quoniam *P*etrus in Antiochena ſede prius ſedem fixit. Si ſecundum, ergo impertinens eſt ratio loci, & proinde Romæ ad primatum. Si tertium, ergo non ſufficit eſſe Romanum Pontificẽ ad hoc, vt ſortiatur aliquis talem primatum, ſed aliquid vlterius requiritur vtique eſſe *P*etrum, qualis à primo illo nullus extitit.

Arg. 7. ad idem 8 Septimò, ſi propter aliquid Romanꝰ Pōtifex eſſet ſucceſſor Petri in cura vniuerſalis Eccleſiæ, maximè quia Petrꝰ fuit Romanꝰ *E*piſcopus, ſed etiā fuit Antiochenꝰ, & tamẽ Antiochenꝰ Antiſtes tali nō fruitur ſucceſsione. Ergo

Neque obeſt, quod Antiochiæ quaſi in tranſcurſu Petrus, atque per tranſennam fuerit, ibique vſque ad mortem perſeuerauerit: non inquam obeſt: quoniam Romæ Petrum fuiſſe, ſediſſe, & obijſſe infalibile non eſt: ſiquidem nec ſacræ literæ, nec traditiones authenticæ id vel leuiſsimè indicant: debili ergo fundamento, aut potius nullo, hæc inſidet moles, vtique exiſtimationi humanæ, quæ fluxa, & fallibilis eſt.

9 Octauò, Romanus Pontifex primatum accepit à Patribus Concilij Calcedonenſis, vt eſt videre Actio. 6. ipſius Concilij, vel potius à Phoca Imperatore, vt patet eodem Concilio ibidem; eo quod illa ciuitas toti orbi imperaret. Ergo non à Petro, aut à Deo. Arg. 8.

10 Nonò, Papatus extra Romanam diocœſim eſſe poteſt non ſecus, ac modo eſt extra Toletanam, & Salmantinam, vt multi ex catholicis cum Alphonſo de Mendoça g Auguſtiniano, præcellentis ingenij viro, opinantur. Ergo Diui Petri hæres, ac ſucceſſor legitimus non eſt Romanus Pontifex: alias quo iure alteri primatus Petri poſſet Epiſcopo adaptari. Arg. 9.

g In quodlibet 4. ſcholaſt.

11 Decimò, Beneficiorum Eccleſiaſticorum pluralitas, vt execrabile monſtrum auerſatur, & abominatur Eccleſia. Sed Romanus Pōtificatus, & ſummus præſulatus ſunt plura beneficia Eccleſiaſtica; ſiquidem vnum eſt, non tantùm præſcindibile, ſed etiam diuiſibile, quinimo & diuiſum ab alio: adeò vt alius præficiatur vicarius Epiſcopatus Romani, alius verò datarius pro vniuerſali Eccleſia. Igitur vni non cohærent. Arg. 10.

CAPVT SECVNDVM.

Oſtenditur ex Pontificibus pars affirmatiua, id eſt, Romanæ diocœſi Papatum eſſe annexum.

12 Affirmatiua nihilominus pars citra dubium apud orthodoxos eſt, propter conſpicua, & differta Summorum Pontificum elogia. Etenim Anacletus Papa relatus à Gratiano a noſtro ait. *Sancta Romana Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore primatum obtinuit.* Et rurſum: *Prima ergo ſedes cœleſti beneficio Romana Eccleſia eſt.* Oſtenditur pars affirmatiua ex Anacletó.

a Cap. ſacroſancta 22.

13 Marcellus item relatus ſic: b *Beati Petri ſedes primitus apud Antiochenos fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam translata eſt.* Oſtenditur idem ex Marcello & Iulio.

b *Relatus 24. q. 1 c. rogamus.*

Iulius I. c *Sanctam Romanam Eccleſiam ipſe Dominus loquutus eſt inquiens:* Tu es Petrus. *Habet enim poteſtatem ſingulari ſibi priuilegio conceſſam, & voce Domini ſacrata, atque exaltata eſt. Et ſicut Petrus primus fuit Apoſtolorum omnium, ita & hæc Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima, & caput eſt cæterarum.*

c Epiſt. ad Epiſc. *Antiochiæ congregatos.*

14 Gelaſius relatus: d *Romana* Eccleſia *Euangelica voce Domini, & Saluatoris noſtri primatum obtinuit.* Idem oſtēditur ex Gelaſio, Nicolao 2. & 3.

d 21. ca. 3. quāuis.

Nicolaus II. relatus inquit: e *Omnes ſiue patriarchij apices, ſiue metropoleon primatus, aut* Epiſcopatum *cathedras, vel Eccleſiarum dignitates inſtituit* Romana *Eccleſia: illam vero ſolus ille fundauit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni ſimul, & cœleſtis imperij iura commiſit.*

e 21. cap. omnes.

Similiter Nicolaus III. relatus. f *Non abſque miraculo factum eſſe conſpicitur vt* Conſtantinus *Magnus quarto die ſui baptiſmatis vnà cum omnibus Satrapis, & vniuerſo ſenatu optimatibus etiam & cuncto populo orbem relinquens Romanis* Pō*tificibus conceſſerit: non iuſtum arbitrans, vt vbi Sacerdotij primatum, &* Chriſtia*næ religionis caput* Imperator *cœleſtis inſtituit, illic* Imperator *terrenus habeat poteſtatem. Nec vlli ſubeſſet homini quæ ore diuino cunctis dignoſcitur eſſe prælata.*

f *De electione in 6. cap. fundamenta.*

15 Vigilius: g *Sancta* Romana Eccleſia *Domini voce conſecrata, & ſanctorum*

g *Epiſ. ad Euth. cap. 7.*

Patrum

Digitized by Google

Oſtenditur eadē pars affirmatiua ex Vigilio Pio I. & alijs.

Patrum authoritate roborata primatum tenet omnium Eccleſiarum.

Pius I. item dixit: h *Hanc ſanctam ſedem* Apoſtolicam, *omnium Eccleſiarum caput Dominus eſſe præcepit.*

Ac demum (vt plures alios locupletiſsimos aſſertores prætercam) Damaſus ſic de Romana Eccleſia: i *Eſt firmamentum à Deo fixum, & immobile omnium Epiſcoporum, eſt vertex Eccleſiarum.*

Sed non inuoluamus ſilentio egregium illud Calix. I. teſtimoniū, habet enim: k *Nulli dubium eſt quod Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium Eccleſiarum à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit facere voluntatem* Patris; *ſic & vos voluntatem implere matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput (vt dictum eſt) Romana* exiſtit. Vide infra num. 25.

Et Gregorius Magnus, epiſt. ad Bonum Abbatem: l *Cognouimus Ioannē Preſbyterum ſanctæ Romanæ, cui Deo authore præſidemus Eccleſiæ.*

h Epiſt. ad omnes Eccleſias.

i Epiſt. ad Epiſcopos trium Conciliorum Africanorum.

K Epiſt. 1. ad Bonum Epiſcopum.

l Li. 5. in diſt. 14 epiſt. 144. alias epiſt. 44.

CAPVT TERTIVM.

Oſtenditur ex Concilijs eadem pars affirmatiua quæſtionis, hoc eſt, Romanum Pontificem eſſe in vniuerſali regimine Petri ſucceſſorem.

Oſtenditur affirmatiua pars ex Cōcilijs Nic. & alijs.

16 VNde affirmatiua pars fidei dogma eſt, definitum etiā in diuerſis Concilijs. Etenim temporibus *Diocletiani*, & Maximiani Imperatorum, cum Marcellinus Romanus Pontifex, poſtea Martyr, timore perteritus thurificauit idolis (ſi fides integra huiuſmodi hiſtoriæ habenda: de qua dub. vlt. huius tractatus, cap. vlt. nu 6.) ſynodus Epiſcoporum huius cauſa collecta inclamauit: *Prima ſedes à nemine iudicatur*: iuxta quæ habentur apud Gratianum. a

Concilium præterea Nicænū primum b agnouit Romanum Pontificē totius Eccleſiæ Præſidem ſanciens, atque edicens: *Non debent præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* Et alibi: c *Omnes Epiſcopi quotiens neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant*, vt ab ea (ſicut ſemper fuit) prefulciantur defendantur. & liberentur. Et iterū d *Qui tenet ſedem Romæ caput, & Princeps eſt omnium Patriarcharum, quandoquidem ipſe eſt primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Principes* Chriſtianos, *& omnes populos eorum.*

a 21, cap. nunc autem.

b Canon. 1. ex collectis ex epiſt. Iulij.

c Canon. 2. de Romano Præſule.

d Canon. 39. ex Arabico tranſlatis.

Affirmatiua pars iterū ex Concilijs oſtenditur.

17 Concil. Sardicenſ. e *Si aliquis Epiſcopus adiudicatus fuerit aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudicium renouetur, ſcribat Romano Epiſcopo, & quæ decreuerit Romanus* Epiſcopus, *confirmata erunt.*

Concilium Calcedonenſe tempore ſancti Leonis, & Martiani Imperatoris acclamauit Leoni Papæ, *Leo ſanctiſsimus Apoſtolicus, & vniuerſalis*, vt ex actis Concilij conſtat. Et alibi ſæpe rem noſtram multis confirmat. f Et licèt g aliquid his minus conſonum inueniatur, non obſtat: quoniam hic canon ſpurius, & adulterinus eſt; vtpotè ab Anatolio Conſtantinopolitano Antiſtite intruſus reclamantibus Papæ legatis, & ipſo Leone Papa illum reprobante, & procul à Concilij actis repellente.

e Cap. 4.

f Action. 1. 3. & 16.

g Canon. 28.

Eccleſia Romana caput omnium Eccleſiarum.

18 Concil. II. Nicæn. h *Eccleſia Romana eſt caput omnium Eccleſiarum.* Et dicit de ſeptimo ſynodo Conſtantinopolitana: i *Execrabilis eſt, & profana, & adulterina, non enim habuit cooperarium Romanum* Pontificem, *neque per Vicarios quemadmodum fieri in ſynodis debet.*

h Action. 2.

i Action. 6.

Idē oſtēditur ex multis alijs Cōcilijs.

19 *Plura* ex Concilijs Latinis poſſem teſtimonia congerere, maximè ex ſynodo Romana ſub Syluestro c. 20. anno Chriſti 320. Conc. Tolet. I. anno 400 ad finē confeſsionis fidei. Cōcil. Africano eodē 400. anno cap. 35. Cōcil. Milleuit. apud Auguſt. epiſt. 92. anno 402. Carthag. (de quo Aug. epiſt. 90.) epiſt. ad Innocen. Papā, anno 410. ſynodo Romana 3. ſub Symmacho anno 501. & 4. ſub eodem cap. 3. anno 502. Cōcil. II. Turonen, anno 570. Canone 21. Concil. I. Braccaren. anno 572. Canone 22. & 23. Lateranen. ſub Innocencio III. capit. Damnamus, & alijs: ſed conſultus pætereo:

Digitized by Google

Quoniam vbi Eccleſia Græca ſuſcipit patrocinia Latinæ, ſignum eſt, quod cauſa Latinæ adeò bona eſt, & optima, vt Latinorum iaculis ad obtinendum non egeat,

Quia tamen tempore *Eugenij* IIII. vniuerſale Concilium Florentiæ celebratum eſt, Græcis, Armeminijs & Iacobitis vna cum Romanis cõfluentibus, atque de vnione cum Romana *Eccleſia* tractantibus, & ad exitum rem perducentibus anno ſalutis 1439. definitione huiuſmodi cauſam abſoluit, hic eam ſubijciam: habet enim ſic. *Definimus ſanctam* Apoſtolicam *ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum: & ipſum Romanum* Pontificem *ſucceſſorem eſſe ſancti* Petri *Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput & omnium Chriſtianorum patrem, ac rectorem exiſtere: & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto, plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum Conciliorum, & in ſacris canonibus continetur.* Ecce cauſam irrefragabili definitione abſolutam.

CAPVT QVARTVM.

Oſtenditur ex ſanctis Patribus eadem pars affirmatiua, ſcilicet Romanum Pontificem eſſe Petri ſucceſſorem.

Ignatius Conſtã. probat partem affirmatiuam.

20 Sancti etiã Patres, tàm Græci, quàm Latini, ſuis affirmatiuam partem calculis confirmarunt.

Sanè ex Græcis Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Epiſtola ad Adrianum Papam, quæ recepta eſt in octaua ſynodo generali aſſerit verba illa; *Tibi dabo claues regni cœlorum*, de omnibus Pontificibus ſenioris Romæ eſſe ex Domini ore intelligenda.

Irenæus probat eandem & Orig. & Chry. & Atha. cum patrib' Cõcil. Nic.

21 Irenæus etiã ait *a Ad Romanam Eccleſiam propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam.*

Origenes præterea errorum ſuorum apud Romanum *Pontificem* (vtiq; Fabianum) pœnitentiam egit, vt refert Hieronymus. *b* Chryſoſt. item dixit. *c Quanam de cauſa ille ſanguinem ſuũ fudit? Certè, vt pecudes eas acquireret, quarum curam tùm* Petro, *tùm Petri ſucceſſoribus committebat.* Athan. *d Ob id vos prædeceſſoreſque veſtros, Apoſtolicos videlicet Præſules in ſummitate arcis conſtituit, omniumque Eccleſiarum curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis.*

Patres item Concilij Nicæni I. *e* agnouerunt & proteſtati ſunt, Romanam Eccleſiam matrem & aſylum omnium Eccleſiarum. Et idem præſtitit Athanaſius, dum epiſtola ad Marcum Papam nuncupauit eum vniuerſalis Eccleſiæ Papam, ipſamque Romanam Eccleſiam matrem & caput omnium Eccleſiarum.

Alij ſancti Patres eandem affirmatiuã partem oſtẽdunt.

22 Præſtiterunt inſuper Epiſcopi Egyptij *f* profitentes Romanam ſedem eſſe illam cui â Chriſto Domino ſpeciali priuilegio conceſſa fuit poteſtas ligandi, atque ſoluendi. Concilium item Sardicen. *g* conſtituit quod in honorem Petri omnibus Epiſcopis liceat Romanum adire Præſulem in cunctis grauioribus cauſis. Quod etiam Concilio Nicæno II. *h* decretum fuerat. Baſilius ſimiliter *i* agnoſcit Romanum Pontificem moderatorem, & magiſtratum communem. Et idem eſt videre in Gregorio Nazianzeno *K* & multis alijs, quorum elogia late referuntur à Iodoco Coccio. *l*

23 Vnde Catholici *Epiſcopi* ab aduerſarijs oppreſſi ad Romanum confugiebant

a *Lib.3. cap.3.*
b *Epiſt. ad Pamachium & Oceanum, de erroribus Origenis.*
c *Lib.2. de Sacerdotio.*
d *Epiſt. ad Felicem Papam.*
e *Canon 2.*
f *Epiſt. ad Felicẽ 2 Pontificẽ Rom.*
g *Cap.4. & 7.*
h *Cano.2. & 39*
i *Epiſt.52. ad Athanaſ. & epiſt. data Sabino diacono ad Romanũ Pontificem.*
K *Oration.23. in laudem Neronis, & oration. 52, ad Cledonium.*
l *Tom. 1. theſaur. 6. de hierarc. Eccleſiæ.*

Epiſcopi propter ſi ad Romanam cōfugiebant Epiſcopū.

giebant Epiſcopum,vt ad iudicem omnium,prout videre liquet in Athanaſio,qui ad Felicem confugit,& in Chryſoſtomo,qui ad Innocentium, & in Stephano ſimul cum tribus Concilijs Africanis,qui ad Damaſum:& in plurimis alijs,quorum non eſt numerus.

24 Silentio prætereundus non eſt Hugo Etherianus citatus tanquam Græcus author à Fabro Conſtantien. ille enim in libro de libris de proceſsione Spiritus ſancti,quos ſcripſit tempore Emanuelis Imp. ſic loquitur: *Liquidò claret,quod Petrum eiuſque ſucceſſores Chriſtus conſtituit Principem,& caput,non modo Latinorum,Græcorum,Occidentis,& ſeptentrionis vniuerſi,verùm etiam Armenorum, Arabum,& totius Orientis,ac Meridiani climatis in perpetuum.*

Epiſcopus Romanus, perpetuus totius orbis paſtor.

25 Rurſum ex Latinis habemus Tertullianum, *m* nuncupantem in libro de pudicitia Romanum Pontificem, Pontificem maximum, & Epiſcoporum Epiſcopum.

Sedundô Cyprianū *n* appellantem Romanam Eccleſiam Petri cathedram,& principalem Eccleſiam, vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt.

Idem oſtendunt Patres Latini.

Tertiô Ambroſium *o* exponentem pro Catholica Eccleſia Eccleſiam Romanam,cui Leo Papa conſentit inquiens: *p Manet diſpoſitio veritatis,& ſanctus Petrus in accepta fortitudine petræ perſeuerans ſuſceptæ Eccleſiæ gubernacula non reliquit. Perſeuerat videlicet Petrus, & viuit in ſucceſſoribus ſuis.*

Quartò Hieronymum *q* dicentem: *Cum ſucceſſore Piſcatoris,& diſcipulo Crucis loquor.* Ego *nullum primum,niſi Chriſtum ſequens,beatitudini tuæ,id eſt, cāthedræ Petri communione conſotior, ſuper illam* Petram *ædificatam* Eccleſiam,*ſcio.*

In Romana Eccleſia ſemper viguet Apoſtolica cathedra.

26 Quintò Auguſtinum *r* aſſerentem,quod in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguit principatus. Cui conſonant Concilium Toletanum I. ſub finem aſſertionis fidei. Concilium Africanum *s* Concilium Milleuitanum, *t* Concilium Cartaginenſe, *v* & alia quàm plurima ſimul cum multis veterum Patrum,de quibus abunde Coccius. *x*

27 Silentio tamen prætereundus non eſt *B*ernardus noſter,qui ait: *y Locus, in quo ſtas,terra ſancta eſt,locus Petri eſt,locus* Principis *Apoſtolorum , vbi ſteterunt pedes eius.* Et Epiſtola ad Romanos qui contra Innocentium Romanum Pontificem quendam Pſeudopapam, vtique *P*etrum Leonis temere euexerant, dicit: *z Cur Regem terræ,cur* Dominum *cœli, furore tàm intolerabili, quàm irrationabili in vos pariter prouocatis?* Dum *ſacram & Apoſtolicam ſedem diuinis,Regalibuſque priuilegijs ſingulariter ſublimatam , auſu ſacrilego inceſſere,ſuoque honore minuere contenditis?* Romana ergo ſedes ſacra & Apoſtolica ſimul ac ſuprema eſt. Et proinde illa ipſa ſedes quam Chriſtus erexit in *P*etro.

Audi Bernardum ad partē affirmatiuam quæſtionis.

m *Lib. de pudicitia.*
n *Epiſt.55.*
o *Oratione de exceſſ. Satyri fratris ſui.*
p *Serm.2. in anniuerſ. aſſūpt. ſua.*
q *Epiſ. 57. ad Damaſum Pontificem Romanum.*
r Epiſ.162.
ſ Cap.3..
t *Epiſt. ad Innocentium Papam.*
v *Epiſt. ad Innocentium Papam. quæ eſt 90. inter Epiſtolas Augu.*
x *Vbi ſupra.*
y Epiſ.237.ad Eugen.Papam.
z *Idem Epiſ.224*

CAPVT QVINTVM.

Ratione oſtenditur Romanum Pontificem eſſe ſucceſſorem Petri.

28 Romani Pōtifices omnium Prælatorum gubernationem geſſerunt.

RATIO Rurſum id apertè conuincit. Sanè à Petri obitu vſque nunc Romani Pontifices vniuerſalis Eccleſiæ gubernationem geſſerunt, tàm aliorum Epiſcoporum cauſas diffinitiuè,iuridicèque decernendo,quàm authoritate ſuprema,ſupremos quoſque, & infimos moderando,non ſecus ac Petrus ipſe,vt patet ex illorū omnibus, quæ ad manum habentur,Anacleti,Euariſti, Alexandri, Sixti primi,decretis,canonibus, & epiſtolis ad varias orbis partes directis,non tantùm poſt Conſtantini tempora , ſed etiam longè ante,vtique temporibus Higinij,Pij primi,Eleutherij,Zephirini,Calixti,Fabiani,& ſimilium. Ergo ſignum eſt illos pro comperto habuiſſe , huiuſmodi præfecturam ſui iuris fuiſſe;alias qui vitam cum ſanguine in Chriſti obſequium

quium fuderunt,quomodo præter Chriſti mentem vniuerſalis Eccleſiæ regimen vſurpaſſent? Imò propter Chriſti mentem tam vniuerſalis regiminis onus aſſumpſiſſe docent expreſſa ſummorum Pontificum oracula inducta cap.2.

29 Inde factum videmus, vt contra eminentiam hanc vllæ vſquam priſcorum temporum Eccleſiæ reclamauerint: ſed illi vniuerſæ potius honorabiliter ceſſerint;adhuc Anthiochena ipſa,cui primò Petrus per ſeptem annos præfuit, dicente Marcello Papa: *a Si veſtra Anthiochena, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit ſedi, nulla eſt, quæ eius non ſubiecta ſit ditioni, ad quam omnes quaſi ad caput,iuxta Apoſtolorum,eorumque ſucceſſorum ſanctionem omnes appellare debeant,vt inde accipiant tuitionem & liberationem,vnde acceperunt informationem atque conſecrationem.*

a *Epiſt.1.ad Epiſcopos Antioch. Prouinciæ.*

Omnes Eccleſiæ etiã Antiochena ceſſere ſẽper Romanæ.

30 Propter quã quod aliquæ ex Orientalibus,Meridionalibus, atque item Occidentalibus,quæ labẽtibus annis hoc ſupremædignitatis faſtigium non agnouerunt,cum rubore â cauſa cadere compulſæ ſunt,præſertim Conſtan-
tinopolitana,cuius Patriarcha quidam nomine Ioannes appellari ſtuduit
Epiſcopus vniuerſalis,contra quem Gregorius Magnus ſic ſcripſit ad Mauritium Imperatorem: *b Cunctis Euangelium ſcientibus liquet,quod voce Dominica ſancto Apoſtolorum Principi Petro totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt,& tamen Ioannes vocari vniuerſalis Epiſcopus conatur. Exclamare compellor,O tempora! O mores! Quis eſt iſte,qui contra ſtatuta Euangelica,contra Canonum decreta nouum ſibi vſurpare nomen præſumat? Vtinam vel ſine aliorum imminutione vnus ſit,qui vocari appetit vniuerſalis. Nos huius vocabuli gloriam per venerandam Synodum Chalcedonenſem oblatam Romano Pontifici non quærimus,& alter ſibi hanc arripere, etiam non oblatam præſumit.*

b *Lib.4. indict. 13.Epiſ.32.*

Conatus Cõſtãt. Patriarchæ contra Roman.Præſul.confracti.

31 His enim Patriarcha iſte non tantùm vanitatis arguitur propter affectatum faſtum,& turgidum nomen; ſed maximè falſitatis, ac temeritatis: quoniam abſque fundamento aliquo tantùm ſibi voluit nomen arrogare. Cum enim vni Petro,& vnicæ cathedræ Petri totius Eccleſiæ cura demandata ſit, non potuit alius â Petro & â ſucceſſoribus Petri vniuerſalis præfecturæ vel nudum ſibi nomen aptare. Arguitur etiam ſuperbiæ; quia nomen iure alijs tributum, & ab illis modeſtiæ ac demiſsionis ergo repudiatum, ipſe proiectè, atque intrepidè, & abſque aliquo rationis ductu, vel ratiocinationis prætextu vſurpauit.

Nullus præter Rom. Põtif. poteſt vniuerſalis Epiſcopus nominari.

32 Per hæc autem probatio noſtra robuſtior efficitur: quoniam cum ſoli Petro vniuerſalis Eccleſiæ regimen iniunctum ſit, hoc eſt, ſedi, & cathe-
dræ Petri, vt patet ex dubio 3. & Sedes iſta non ſit Antiochena, vtpotè quod Petrus illam poſt ſeptem annos reliquit, & alteri, vtique Euodio regendam tradidit, adhuc ipſo per multos annos ſuperſtite: Conſequens ſit eſſe Romanam, ad quam iuuente Domino,(vt Marcellinus ſ. c dixit) ſe ad-
dixit, & in qua vltimum vitæ ſuæ diem clauſit. Et proinde Petri ſucceſſorem legitimum eſſe Romanum Præſulem: quoniam Romanæ ſedi vniuerſa-
lem præfecturam copulatam reliquit, & quaſi indiuiſam oſtendit.

c *Epiſt.1.ad Epiſcop. Antioch.*

Petrus primo rexit Eccleſiã Antiochenam ſed illam reliquit.

33 Vt enim aliquando Petrus, vtique initio Pontificatus ſui, nullius particularis diocœſis Epiſcopatum geſsit, planè per hoc indicans vniuerſalem præfecturam nullam ex natura rei cum particulari præſulatu connexionem habere: Et quoniam poſt breue tempus ſingularem Epiſcopatum aſſumpſit, perſpicuè oſtendit, operæpretium fuiſſe communem principatum Eccleſiæ alicui particulari coniungi: ſic quoniam hoc repudiato alterum, vtique Romanum,ad ſemper elegit,& aſſumpſit, liquido oſtendit huic ex conſilio alligaſſe primatum vniuerſalis Eccleſiæ. Ex Petri enim factis haurire debemus,& conijcere eius ſenſum,& mentem; & proinde Chriſti,in huius eminentiſsimi principatus conſtitutione.

Petrus initio Põtificatus ſui nulli Eccleſiarum in particulari addictus.

CAPVT.

Digitized by Google

CAPVT SEXTVM.

Reſp. 1 & 2. argumento 1. capitis: & oſtenditur, cur Pontifices aliqui nomen vniuerſalis Epiſcopi reiecerunt.

34 *Gregorius Magnus reſpuit ob humilitatem nomen vniuerſalis Epiſcopi*

IAM Aduerſariorum tella retundamus. Et in primis primum illud Gregorij ex eo cōtunditur, quod vt ille ait: a *Petrus claues regni cœleſtis accepit, poteſtas ligandi, atque ſoluendi tribuitur, cura ei totius Eccleſiæ, & principatus committitur, & tamen vniuerſalis Apoſtolus non nominatur.* His enim planè innuit repulſam nominis à ſe fuiſſe factam, non verò fauſti culminis rem, vt tamquam Petri ſucceſſor, Petri per omnia inſectaretur veſtigia, qui tumidas, atque élatas nomenclaturas deſpexit, etiam ſi culmen dignitatis teneret. Quare ſicut ipſe Gregorius nihil ſibi detraxit de præfectura ſuprema, propterea quod ſeruorum Dei ſeruum ſe nuncupauit: ſimiliter nec per hoc quòd elariſsimum vniuerſalis Epiſcopi nomen repulit. Maxime quia hoc in aliorum Epiſcoporum vergi poterat præiudicium, dùm fortè non tàm proprietarij, quàm Vicarij putarentur illius vniuerſalis Epiſcopi. Sicut quia Rex eſt Princeps vniuerſalis regni, ideò Proreges ſunt Regis Vicarij, non autem veri Reges.

a Lib. 4. indic. 13. Epiſt. 33.

Audiatur Gregorius.

35 Vnde Gregorius ipſe: b *Vobis ſubtrahitur, quod alteri, pluſquam ratio exigit, præbetur.* Et alibi: c *Nullus Romanorum Pontificum hoc ſingularitatis vocabulum aſſumpſit, nec vti conſenſit, ne dum priuatum aliquid datur vni, honore debito Sacerdotes priuentur.* Per hoc tamen non tollitur, quin in bono ſenſu Romanus Pontifex verè omnino, ac propriè ſit ſummus Paſtor, & vniuerſalis Epiſcopus more Regum qui licet intra Regni ambitum multos habeant dominos verè dominos facultatum ſuarum, ipſi nihilominus domini vniuerſales ſunt, quibus rerum ſumma, ſupremaque congruit authoritas.

b Idem lib. 7. indict. 1. Epiſt. 3. ad Eulogium Alexandrinum.

c Idē lib. 6. Epiſt. 30. ad Mauritiū.

Ad quos Africana Concilia reſpexerūt quando noluerūt quòd aliquis nuncuparetur Princeps Sacerdotū.

36 Secundum argumentum etiam per id ſatis diruitur, quod cum vniuerſaliſsimum illud Chalcedonen. Concilium vltro Romano Pontifici vniuerſalis Epiſcopi nomen, palàmque obtulerit, non potuerunt Africana Concilia illud ab eo reſecare, aūt aliquomodo interdicere: aut ſi temere interdixiſſent, aut interdicere voluiſſent, expreſſam de Romano Pontifice inſeruiſſent mentionem. Quod cum non effecerint, ſignum eſt orationem ſuam præcipuè ad particulares Epiſcopos direxiſſe, ne in elationem Patriarchæ Conſtantinopolitano prolaberentur, qui ampliſsimum vniuerſalis Epiſcopi nomen ſibi arrogauit.

Præterquam quod non vniuerſalis Principis, ſed Exarchi nomen Concilia illa Epiſcopis interdixerunt, quia illo profanè vtebantur profani Imperatorum miniſtri, qui potioribus præficiebantur prouincijs. Profanæ etenim appellationes, aūt tanquam profanæ diffamatæ, nimium ſacros, Religionique deditos viros dedecent.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM:

Reſp.3.& 4.argumentis 1. capitis & diluuntur aliquot Conciliorum, & ſanctorum Patrum elogia contra Romani Pontificis vniuerſalem primatum.

37 AD Tertiũ argumentum reſpondetur, rem ſic ſe habuiſſe: nam Auguſtini temporibus iniquè ferebant aliqui Africanorum Antiſtites quod à ſuo ad Romani Pontificis iudicium prouocaretur. At nihil boni portendebat iſta tàm iniqua indignatio, ſed potius extremam pernitiem, vtique diſceſſum, & defectionem à Romana Eccleſia, quæ illicô ſe ſequuta eſt, prout author epiſtolæ ad Eulabium Alexandrinum, falſo inſcripta Bonifacio II. obſeruatum voluit. Quare Auguſtinus qui Romanæ ſemper Eccleſiæ ſe morigerum præbuit, & obſequentiſsimum filium in conſilium illorum Epiſcoporum neutiquam venit, neque illis aliquando ſubſcripſit.

Africani Epiſcopi ad Romanum ſemper prouocarũt.

38 Neque obſtant quæ mox obijciuntur. Quoniam Concilij Nicæni decretum intelligendum eſt de his quæ non requirunt ſupremam & vniuerſalem authoritatem, quam idem Concilium in ſolo Romano Pontifice profeſſus fuerat, ſed particularem particularium ordinariorum, qua etiam in ſuis limitibus gaudet Romanus Pontifex, quatenus illius ſingularis diœceſis ſingularis Antiſtes.

Reſp. obiectioni ex Côc. Nic.

39 Factum etiam Achatij facinus fuit & quidem inſolentiſsimum, dùm Catholicum à Romano ſolio ſubmouit Liberium, & Arrianum Felicem ſubrogauit, vt etiam ipſe Hieronymus eo loco monuit. Quare Pius iſte in Cathalogo ſummorum Pontificum adſcriptus non eſt, teſtante Auguſtino, a ſed de hoc dub. ſequenti, c.3. ad 7. arg.

Liberius Papa iniquè & incaſſũ ſubmotus.

a Epiſt. ad Generoſum, & Epiſt. 165.

40 Eccleſia item Græcorum, quæ Catholica eſt, Romano Pontifici ſubeſt; vt patet ex actis Concilij Florentini ſub Eugenio IIII. vbi Iacobitæ, Armeni, atque Græci vnionem cum Romana Eccleſia profeſsi, ac proteſtati ſunt, Romanumque Pontificem, vt ſupremum Chriſti Vicarium amplexati. Aliæ verò Græcorum Eccleſiæ ſchiſmaticæ cum ſint in eadem damnatione manent cum Lutheranorum Eccleſijs.

Eccleſia Græca Romanæ ſubeſt.

41 Ad quartum argumentum reſpondetur, verè tunc Apoſtolum Petrum Eccleſiæ perſonam egiſſe, non ſecùs ac primogenitus (in cuius capite maioratus erigitur) totius gentis ſuæ perſonam ſuſtinet, quia in bonum totius ſobolis, generiſque inſtituitur: alias maioratus ille cum perſona primi poſſeſſoris periret. Quare ſicut per hoc tantùm ſequitur, quod penes gentem illam maneat maioratus ille, non autem quod ſit illi communis, ſed potius ſingulari perſonæ illius generis addictus: ita de primatu Petri reſpectu vniuerſalis Eccleſiæ philoſophandũ eſt, vt ſupra philoſophatũ habemus.

In Petri capite perſonã gerentis Eccleſiæ primatus erectus fuit.

CAPVT OCTAVVM.

Reſp.5.arg.1.cap.& oſtenditur, quomodo cum vitæ improbitate ſtare poſsit magiſtratus dignitas. Et quomodo magnifica pompa Vicarium non dedeceat Chriſti.

42 AD Quintũ argumentum negamus, morum diſsimilitudinem referre authoritatis, iuriſdictionis ve diſparitatem: ſæpe enim Proreges, ac Regum plures alij miniſtri à Regali probitate deflectũt, ſed non propterea à poteſtate regiminis, atque præfecturæ deficiunt. Quis hoc non videt tàm in laicis, quàm Eccleſiaſticis magiſtratibus.

Cum deſsimilitudine morum ſtat authoritatis iudicialis æqualitas.

Quare

Quare in Ezechieli a mali reprehenduntur paſtores, & paſtoralis baculi priuatione, ni reſipiſcant minaciter admonentur, non tamen re ipſa deponuntur. Et in Matthæo habetur: *Super Cathedrã Moyſi ſederũt ſcribæ, & Phariſei, quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite; ſecundum verò opera eorum nolite facere.* Vnde ſupra ibi: c *Petri dignitas in indigno hærede non deficit.*

a *Ezechiel.* 34.
b *Mat.* 23. *v.* 5.
c *Cap.* 3. *poſt. medium.*

Magna, Magiſtratib⁹ magnis decet pompa.

43 Præterquam quod quis vnquam vitio vertit Legato ſummos in propria perſona honores ambire, vt ſic ſuum Regem, ac dominum ſummè commendabilem referat, dùm iure dignum tantis eum obſeruationibus iudicat, etiã ſi Rex ipſe talis in proprio capite honores recuſſet? Summus autem Pontifex ſummi Regis Chriſti Legatus maximus, atque Vicarius eſt, & ideò ſummos ei vtique diuinos honores tenetur moliri, & in propria perſona acceptare. Nam ſi dixit ipſe: *Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Conſequens eſt, vt quod maximo Chriſti Vicario impenditur, ipſi Chriſto ſit erogatum; præſertim in veneratione & cultu, in quibus miniſtri minus quàm magiſtratus ipſi ſupremi diſpenſare, aut diſsimulare poſſunt: vtpotè quod iſti vt domini poſſunt cedere iuri ſuo, illi verò nõ, vtpote adminiſtri. Quare licet Chriſtus honores ſibi oblatos viuens apud nos repudiauerit, non ſequitur, quod Vicarius illius eoſdem propellere debeat, ſed procurare potius, & occupare: quoniam non ſibi gloriam, ſed nomini Chriſti acquirit.

Etiam ſi Chriſtus oblatos honores recuſarit, eius tamẽ Vicarius tenetur ſe illis munire.

44 Eo vel maximè, quod tunc Chriſtus humillimam ex conſulto vitam ducebat, vtpotè, quod ſe ipſum exinaniuit formã ſerui accipiens; d & de ſe ipſo proferens: e *Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Nunc verò ſuper æthera euectus æterna peremnat in gloria ad dextram Patris reſidẽs, ante cuius conſpectum genuflectuntur omnia terreſtrium, cœleſtium, & inferorum condita. Quare ſummus Pontifex, qui ex officio refert, non demiſsionem, ſed exaltationem Chriſti, vtpotè Vicarius illius non infirmitate, ſed in poteſtate, ac virtute, debet pro virili gloriam, & exaltationem Chriſti in corpore ſuo ferre, ac circunferre: & proinde nos illum humeris noſtris vehere, palmis portare, pedibuſque eius oſcula, nec perfunctoria figere. Eſt enim velut ſacra effigies illius ſupremi Domini perpetuum Sacerdotium habentis, ac perpetè regnantis, & eſt Prorex, quem ipſe præfecit, ac ſui vice ſubſtituit.

d *Ad Philip.* 2.
e *Pſal.* 21, 7.

Cur Petrus vt Chriſtus abſq; faſtu inceſſit?

45 Scio Petrum, alioſque priores Eccleſiæ vniuerſalis Antiſtites ab huiuſmodi ſe obſequio, vel faſtu continuiſſe: ſed rudimenta Eccleſiæ, quæ tunc primitus extruebantur, potius humilitatis abyſſum, quàm maieſtatis faſtigiũ, & culmen exigebant. Imò propterea nunc tanta celſitudinis moles euecta ſuſtinetur, quia tunc fundamenta profunda altiſsimè defoſſa ſunt. Auguſtino dicente: f *Cogitas magnam fabricam extruere celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.*

f *Serm.* 10. *de verbis* Domini.

Eximia Imperatorũ reuerentia ad Epiſcopos.

46 Et tandem quid mirum Reges ad Romanorum Pontificum genua prouolutos, cum legamus Auguſtinum dicentem: g *Ad Eccleſiam curris, Epiſcopum videre deſideras, ad eius pedes volutaris.* Et Ambroſium: h *Regum colla, & Principum ſubmittuntur genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum ſe credũt communiri.* Et de Theodoſio Imperatore ſcribit Paulinus, quod poſt victoriam ab Eugenio partam, pedibus ſe Ambroſij prouoluit, acceptã illi victoriam referẽs. Et idẽ de eodẽ ſcribit Nicephorus. Inde *Boſius* explicans illud *Pſalmi*: i *Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedimus noſtris,* ait: k *Ob id legimus aliquando & Apoſtolis ipſis viuentibus maximos, atque huiuſmodi honores præſtitos. Paulus namque & Silas haud reiecerant cuſtodem carceris, qui attonitus procidit ad eorum pedes.* Et Fortunatus refert, Valentinianũ Imperatorem, & eius coniugem prouolutos ad ſancti Martini veſtigia, dùm cecinit. l

g *Idem ſerm.* 18. *de verbis Apoſtoli.*
h *De dignitate Sacerd. cap.* 2.
i *Pſalm.* 46. 4.
K *Lib.* 20. *de ſignis Eccleſiæ, c.* 5.
l *Lib.* 3. *de vita Martini.*

Hinc

Hinc ſede exilit rapiens ſe Cæſar & ardens
Martini genua amplectens, pedibuſque volutans
Imperiale caput ſancti ad veſtigia ſubdens.
Nec Regina pedes ceſſat lacrymoſa rigare,
Sternens membra ſolo.

Et Bulengerius dum propoſitæ difficultati reſpondens ait: m *Magnum eſt fateor, eò deueniſſe Pontificis amplitudinem, vt ad eius pedes Imperatores procumberent, veſtigia exoſcularentur: ſed id ab infima antiquitate præſtitum oſtendo.*

m Distrib. 10. folio 29. à media pagina.

CAPVT NONVM.

Reſp. 6. arg. 1. cap. & oſtenditur, cuiuſnam priuilegij cauſa Romanæ Epiſcopus vrbis, ſit etiam Epiſcopus orbis.

47 AD Sextum argumentũ reſpondetur, priuilegiũ hoc eſſe ſimul perſonale & locale: primum propter verba Chriſti, ſecũdũ propter praxim Petri. Etenim cũ Dominus Petro oues ſuas paſcendas commiſerit, colligitur, quod Petri perſonam præ alijs ad id munus elegerit. Et cum Petrus per ſe ipſum non poſſet per tot ſeculorum curricula, quibus Eccleſia ſtabit, oues Chriſti paſcere, vtpotè morte finiendus; & quidem non pigra, ſed propera, ipſo atteſtante, qui ait: *Scio quia velox ſit depoſitio tabernaculi mei*: conſequens etiam eſt, priuilegium iſtud non fuiſſe perſonale priuatum, quod cum ipſo periret, ſed commune ad ſucceſſores, ac publicum. Veluti fuit illud Domini ad Iacob: a *Terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo*, id eſt, tibi pro te, & pro ſucceſſoribus tuis. Alias Chriſtus Eccleſiaſtici regiminis formam, & proinde Eccleſiæ rationem à morte Petri mutare cogeretur; quod planè abſurdum eſt (nam Eccleſia ſemper eſt vna, ac proinde vnius regulæ, ac normæ, non ſecus ac Benedictina, vel Cartuſiana Religio ab vnitate regulæ, & regiminis) vel oues ſuas abſque paſtoralis curæ ſatellitio relinquere, quod blaſphemum.

2. Petri 1.14.

a Gen. 28.13.

Quod Romanus Epiſcopus ſit vniuerſalis præſul, eſt priuilegiũ perſonale & locale ſimul.

48 Qui autem futuri eſſent huius præclari Principis ſucceſſores, cum nullo eloquiorum ſacrorum ſat explanatum ſit, compellimur ad praxim Petri, hoc eſt, ad facta recurrere, & eius veſtigia inſectari: Sic nimirum, vt quia ipſe vniuerſalis Eccleſiæ regimen cum particularis diœceſis gubernatione in ſe ipſo coniunxit, ſic eius ſucceſſores coniungant. Quia item repudiata ſede, vtique Antiochena illa, & alteri honorificè tradita, quàm prius aſſumpſerat, Romanam conſulto delegit, & in ea ſedem ſibi perpetuam vſque ad mortem fixit; ſic eius ſucceſſores habeant pro ſede ſui culminis Romam, Romanumque ſolium, & proinde quod ſucceſſores Petri ſint Romani Pontifices, ſoliumque hoc ſit tanto priuilegio inſignitum; & proinde quod ex perſonali priuilegio locale ſubſequutum ſit.

Ex Actis Petri cõſtat ius ſucceſſorũ illius.

Sic enim praxim Petri praxi etiam ſua explanarunt, qui eam præ cæteris exploratam, perſpectamque habuerunt, vtique qui proximè ad eum, locum ipſius occuparunt, Linus, Cletus, Clemens, & reliqui de quibus Ignatius, pro quibus ſubiecit: *Qui igitur his inobediens fuerit, atheus & impius omnino eſt, & Chriſtum improbans, ac eius ordinationem imminuens.*

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

Reſp.7.argumento 1.capitis, & oſtenditur, Petrum Romæ ſediſſe,& obijſſe.

49 *Petrus Romæ paſſus.*

AD Septimum argumentum ſatis ibi reſponſum eſt. Ad replicam autem non eſt cur prolixum funem texamus: cum præter eruditiſsimum Bellarminium, *a* & alios, Iodoccus Coccius,*b* & Andreas Creſpecius,*c* in ſua(verè aurea)ſumma ſexcenta congerant teſtimonia,quæ vel ab inuitis pectoribus aſſenſum,& ſuffragium extorquent, quod Petrus & Romæ ſederit,& Romæ martyrium ſubierit.

Cur ſacræ non prodierint literæ,Petrũ Romæ paſſum.

50 Quod autem literis ſacris id proditum neutiquam ſit, in cauſa me hercle eſt,quòd Lucas,qui Apoſtolicos cœpit actus,monumentis ſignare, morte præuentus,non potuit cœptum opus perficere; & ideò tàm rem iſtam, quàm alias ſcitu digniſsimas intactas deſeruit. Quia tamen multorum oculis peruia erant,ideò multi eaſdem prænotarunt, & ſcripto tradiderunt, ex quibus hactenus nos quàm plures protulimus.

Scio aliquos omni encomio dignos ex ipſiſmet Petri verbis oſtendere voluiſſe, quod Petrus Romæ aliquando fuerit;quia ſcriptum dedit:*d Salutat vos Eccleſia,quæ eſt in Babylone collecta*,hoc eſt,Romæ, iuxta perpetuum optimorum Interpretum commentarium,Bedæ,*e* ſcilicet,Oecumenij,& ſimilium.

Cur aliquando Roma appellata Babylõ.

51 At licet propterea quod Babylon illa Ægyptiaca (vt interim de illa altera Chaldaica Syriæ taceam) idolatriæ confuſione erat plena, & in veros veri Dei cultores truculenta & ſæuiſsima,iure Romæ(quæ pro tunc vtroque iſto claudicauat pede) infame *Babylones* nomen metaphorica traſlatione accommodatum ſit: vt etiam ab ipſo Ioanne *f* accommodatum eſt: non ſecus atque ab *Eſaia g* nomina ciuitatum Sodomæ, & Gomorrhæ aliquibus ciuitatibus Iudæ,propter morum monſtra ſimillima:nihilominus ego mente non aſſequor,quid conſequentiæ habeat:Petrus ſcripſit: *h Saluta vos Eccleſia quæ eſt Romæ.* Ergo Petrus fuit Romæ? Quaſi collecti Romæ non potuiſſent Petrum alibi agentem,ſcripto vel internuntio monere, vt Iudæos fratres ſuo nomine conſalutaret, cum aliquando ad eos epiſtolas mitteret.

Petrus Romæ ſuam cõſcripſit epiſtolã.

52 Et licet Papias,*i* & Euſebius,*K* Hieronymus,*l* & alij magni nominis viri citentur aſſerentes Petrum in vrbe Roma iſtam ſcripſiſſe epiſtolam, nõ proinde efficiunt,quod *Petrus* id aſſeruerit, aut quod ex aſſertis ab illo iure educatur; ſed tantùm elicitur ſuppletum fuiſſe per aliquos magni nominis viros quod à nullo ſcriptore ſacro literis in hac parte proditum eſt. Et quidem adeò firmiter,vniuerſèque conſtitutũ,vt Optatus Milleuitanus dicat:*m Negare non poteſt ſciri in vrbe Roma à Petro primo cathedram Epiſcopalem eſſe collatam*; vtique quoniam ferè omnes rerum Eccleſiaſticarum antiqui ſcriptores(vt ex Græcis Papias,Euſebiuſque relati, Caius apud Euſebium,*n* Petrus Alexãdrinus,*o* Chryſoſtomus,*p* Cyrillus,*q* Theodoretus,*r* Sozomenus,*s* ex Latinis etiam Irenæus,*t* Tertullianus,*v* Hippolytus,*x* Cyprianus, *y* Arnobius,*z* Hieronymus, *a* Ambroſius,*b* Auguſtinus, *c* Seuerus,*d* & alij)rem iſtã ſcriptis mandarunt,& abſque diſſenſu poſteris retulerunt, cui proinde omnes ex æquo ſubſignarunt,etiam ipſi perduelliſsimi hæretici,exceptis nouitijs iſtis vniuerſorum ſe fidei perfricta fronte obijcientibus.

Petrum Romæ ſediſſe omnium eſt vnamẽs.

Quare tam conſpicuus totius Eccleſiæ per tot annorum myriades ſenſus, & conſenſus humanæ authoritatis metas tranſilire,& diuinæ ſeſe appropinquare,nulli in dubium debet occurrere:quoniam Eccleſiæ ſenſus,& maximè in rebus maximis falſus eſſe non poteſt, ſed irrefragabilis potius conſtans,& firmus.Quæ omnia diuinam authoritatem referunt,& aſpirant.

a *Lib.2.de Romano Pont.à cap.1. & de incep.*
b *Lib.7 Eccleſiæ Hier art.5.*
c *In Summa verbo Papa & verbo Petrus.*
d *1.Petri 5.v.13*
e *Super 1. Petri 5.*
f *Apoc.17.v.5.*
g *Eſai.1.1.*
h *1.Pet.5.13.*
i *Lib.2. ad Nicephorum c.25.*
K *Lib.2. hiſt.c.15.*
l *In Catalogo ſcript.Eccleſiaſt.*
m *Lib.2. aduerſus Parmen.Donatiſ.*
n *Lib.2.cap.24.*
o *Canon 3.*
p *Hom.de Petro & Paulo.*
q *Epiſt. ad Cæleſtinum.*
r *Epiſ.ad Leonẽ.*
ſ *Lib.4.cap.14.*
t *Lib.3.cap. 1.*
v *De præſcriptionibus.*
x *Apud Prudentium in Periſtephanõ*
y *De vnitate Eccleſiæ.*
z *Aduerſus gentes,& in Pſal.106*
a *De ſcriptoribus Eccleſiaſticis.*
b *Serm.in natali Apoſtolorum Petri et Pauli.*
c *Serm. in natali Apoſtolorum.*
d *Lib.2.hiſtoriæ*

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

Reſpondetur 8. argumento primi capitis, & oſtenditur Romanum Pontificem non inſtitutione hominum primatum accepiſſe.

Conc. Chalce. nullam Romano Præſuli poteſtatem contulit, ſed quam habebat fuit profeſſus

a Citata action. 16.

54 OCTAVI Argumenti aſſumptio vtrimque falſa & abſurda eſt. Quoniam in primis tantùm abeſt, quod à Chalcedonen. Concilio Romanus Pontifex primatum acceperit, quod potius Concilium ipſum *a* palàm profeſſum fuerit Eccleſiam Romanam ſemper habuiſſe primatum. Verba textus ſunt: *Paſchaſinus vir reuerendus, Epiſcopus, Vicarius Sedis Apoſtolicæ recitauit. Trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum canon ſextus: Quod Eccleſia Romana ſemper habuit primatum*, vtique vniuerſalem. Cuius gratia in eodem Concilio *b* Leo Romanus Pontifex inſcriptus legitur *c Vniuerſalis Patriarcha*. Et ipſe vſus fuit titulo vniuerſalis Epiſcopi inquiens: *Leo Epiſcopus Romæ, & vniuerſalis Eccleſiæ.* Qua inſcriptione etiam ante trecentos annos vſus fuerat Sixtus & alij, licet rarò. Qua de cauſa Gregorius Magnus *d* citatus ſupra *e* dicit, vniuerſale nomen Apoſtolicæ ſedi oblatum, à nullo anteceſſorum ſuorum admiſſum fuiſſe, vtique ſolemni ritu, & plerumque; ſed tantùm rarò & inſolitè, ne anſa daretur populo exiſtimandi, quod ſolus Romanus Pontifex in orbe legitimus extaret Epiſcopus; reliqui verò ſimplices ac nudi Vicarij eius.

b Action. 3.
c Epiſt. 54. ad Martianum Auguſt.
d Epiſt. 3. ad Eulogium Alexan. Epiſcopum.
e Cap. 1. argu. 1. ex lib. 7. regiſtri.

Concil. Nic. agnoſcit primatū Romanę Eccleſiæ

55 Sed accedat Canon 3. Concilij Nicæni, qui litem hanc dirimat. Ita enim habet *f Veneramur ſecundum ſcripturas, & canonum diffinitiones, ſanctiſſimum Romanæ, & antiquæ Eccleſiæ Epiſcopum primum eſſe; & maximum omnium Epiſcoporum. Cuius principatus Romæ eſt, Petro ſimilis, & authoritate par: Patriarcharum omnium dominatum, & principatum obtinet. Huic ſanctioni ſiquis repugnauerit, totius Synodi decreto anathemati ſubijciatur.*

f Canon. 3.

Delirīū hæreticorum.

56 Hæc igitur cum ſic ſe habeant pro priori aſſumptæ propoſitionis parte, conſequens eſt, quod ſecunda pluſquam falſa ſit. Quomodo enim Phocas Romanæ ſedi primus primatum contulit, ſi multis retrò ſeculis ſumma potiebatur rerum Romanus Antiſtes? Sanè licet Anaſtaſius dicat. *g Hic obtinuit apud Phocam Principem, vt ſedes Apoſtolica Beati Petri Apoſtoli, caput eſſet omnium Eccleſiarum, id eſt, Romana Eccleſia: quia Eccleſia Conſtantinopolitana primam ſe omnium Eccleſiarum ſcribebat.* Et Paulus Diaconus: *h Phocas Imperator rogante Papa Bonifacio ſtatuit ſedem Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ primam eſſe, cùm prius Conſtantinopolitana ſe primam omnium ſcriberet.* At ipſa verba oſtendunt Phocæ Conſilium, auxiliumque id contuliſſe, vt Conſtantinopolitanus Præſul inſcriptiones vniuerſalis Epiſcopi aduerſus Romani Præſulis authoritatem non præriperet. Hoc enim re ipſe eſt quod Phocas præſtitit, vtique Imperiali edicto cauere, ne Cyriacus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, œcumenicus, ſiue vniuerſalis Epiſcopus nominaretur: quoniam huiuſmodi inſcriptio Romanum dumtaxat Epiſcopum concernebat: quod tamen præceſſor Phocæ Mauritius præcipere noluit, adhuc à Gregorio Magno, magnis ad id precibus interpellatus.

g De Bonif. 3.
h Lib. 4. de geſtis Long. cap. 11. veteris editionis.

57 *Phocas Imperator quid Romanę cōceſsit Eccleſiæ*

(.?.)

DAPVT DVODECIMVM.

Reſpōdetur duobus extremis argumentis primi capitis, & oſtenditur primo, qualiter primatus Eccleſiæ poſsit alteri, quàm Romanæ coniungi diœceſi. Secundò, an ſint plura beneficia Papatus, & Epiſcopatus Romanus.

Iure diuino Papatus Romæ Eccleſiæ addictus eſt.

58 ARGVMENTVM Nonum procedit in ſententia conſtituentium vnionem vniuerſalis primatus cū Eccleſia Romana non eſſe de iure diuino, ſed tantùm humano, vtpotè quæ morte Petri contingit (ita Azor) a & proinde poſſe diſſolui de plenitudine poteſtatis Papiſticæ, & cum qualicumque alia Eccleſia compaginarj. At licet ſententia hæc præſtantes nimium ſuffragatores habeat, timeo, quòd apertè repūgnet ſummorum Pontificum verbis ſecundo capite allatis, nam illis planè profertur vnionem iſtam iuſſu, ac decreto Domini fuiſſe cōpactam. Quare argumenti vis inualida eſt, vtpotè inualido ſaltem nitens fundamento: oppoſitum enim adeò firmum eſt, vt propterea Imperator Honorius, qui ſedit anno 410. ſcribens ad Bonifacium Papam appellauerit eum: *Vrbis æternæ Papam*, ob perpetuum ſanè vinculum Papatus cum illa. a *To.2.fol.446.*

Dato nō eſſe iuris diuini vnio Papatus & Romanę Eccleſiæ eſt tamen rata, quia deducta ab Apoſtolis per traditionem *Ec*cleſiæ.

59 Sed demus validum eſſe: numquid propterea defluet communis ſententia? Abſit. Satis enim eſt ad ſtabilitatem illius confectam hanc vnionem fuiſſe ex traditione Apoſtolica, orta nutu, & monito Dei, licet non præcepto, & ex traditione Eccleſiæ facta ex peculiarj directione, & aſsiſtentia illius; voluti ad hoc quod celebritas feſtiualis verè annexa ſit diebus Dominicis, non opus eſt præcepto diuino, ſed ſufficit Apoſtolicum. Et ad hoc, quod ſolemne ieiunium annexum ſit quatuor temporibus, ſatis eſt præceptum Eccleſiæ, etiam ſi albâs Pontifices de plenitudine poteſtatis poſſent hæc iura eleuare, & iſta præmente cauſa antiquata reddere.

Qualis beneficiorum pluralitas execranda, qualis virô efferēda?

60 Ad decimū argumentum reſpōdetur beneficiorum pluralitatem, tunc tantùm abſurdam eſſe, quando promiſcuis actibus rerum turbantur officia; prout Concilium Colonien. *b* vidit, & monuit. Hoc autem contingit quando reſidentia perſonalis ipſis beneficijs debetur. Quare Concilium Tridentin. *c* etſi beneficiorum pluralitatem pohibeat, excipit tamen ea, quæ reſidētiam perſonalem non requirunt. Conſtat autem, quod licet Epiſcopatus Romanus requirat illam, non ſecus ac alij: papatus autem haud quaquā; eo quod nō omnia per ſe, ſed per legitimos Prælatos gubernat, atque per Legatos, & Nuncios; veluti Monarcha ſupremus vnica è ciuitate innumeras moderatur, & regit. b *Cap.32.* c *Seſ.14.de reformat.cap.17.*

DVBIVM QVINTVM.

Vtrùm Romanus Pontifex ſit germanus ac legitimus iudex controuerſiarum fidei atque Religionis Chriſtianæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici pro parte negatiua.*
2 *Miſera hæreticorum conditio.*
3 *Quid hic ſentiant hæretici?*
4 *Arguitur 1. à parte negatiua.*
5 *Occurritur argumento.*
6 *Occurſus excutitur.*
7 *Arguitur 2. à parte negatiua.*
8 *Occurritur argumento.*

ſſſ 9 *Occur-*

9 Occurſus reijcitur.
10 Tertio arguitur pro parte negatiua.
11 Occurritur argumento, & occurſus retruditur.
12 Quarto arguitur ad idem.
13 Occurritur argumento, & occurſus euertitur.
14 Magiſtri nomen Apoſtolis interdicitur.
15 Etiam Phariſæis hoc nomen interdictum.
16 Quinto arguitur pro parte negatiua.
17 Occurritur argumento: ſed retunditur ſolutio.
18 Arguitur ſexto ad idem.
19 Occurritur argumento, ſed occurſus conuelitur.
20 Arguitur ſeptimo ad idem.
21 Occurritur argumento, & occurſus confutatur.
22 Arguitur octauo à parte negatiua.
23 Occurritur argumento, ſed occurſus reijcitur.
24 Arguitur nono pro parte negatiua.
25 Occurritur argumento: ſed occurſus varie impugnatur.
26 Prophetia non eſt annexa fidei.
27 Arguitur decimo pro parte negatiua.
28 Occurritur argumento, & occurſus occluditur.
29 Arguitur vndecimo pro eadem parte negatiua.
30 Occurritur argumento, & occurſus obſtruitur.
31 Arguitur duodecimo ad idem.
32 Occurritur argumento: & occurſus præcluditur.
33 Arguitur tertiodecimo pro parte negatiua.
34 Occurritur argumento & occurſus intercluditur.
35 Rationibus inſurgunt hæretici, pro parte negatiua.
36 Arguitur primo ratione pro parte negatiua.
37 Occurritur argumento & occurſus reſpuitur.
38 Arguitur ſecundo ratione à parte negatiua.
39 Arguitur tertio ad idem ex ratione.
40 Occurritur argumento, & occurſus reijcitur.
41 Arguitur quarto ad idem ratione.
42 Occurritur argumento, & expellitur occurſus.
43 Arguitur quinto ratione ad idem.
44 Occurritur argumento & occurſus obſtruitur.
45 Arguitur ſexto ratione à parte negatiua.
46 Occurritur argumento & occurſus repellitur.
47 Arguitur ſeptimo ex ratione pro parte negatiua.
48 Occurritur argumento & occurſus repellitur.
49 Arguitur octauo ex ratione à parte negatiua.
50 Arguitur nono ex diſcurſu ad idem.
51 Occurritur argumento & occurſus eneruatur.
52 Arguitur decimo ex diſcurſu pro parte negatiua.
53 Occurritur argumento.
54 Recutitur occurſus.
55 Oſtenditur pars affirmatiua de fide.
56 Primo oſtenditur pars affirmatiua ex ſcriptura.
57 Occurritur rationi.
58 Occurſus occluditur.
59 Iterum occurritur argumento.
60 Iterum eliminatur occurſus.
61 Quid portendit quod Petrus miſerit ſe in mare?
62 Quid ſit Eccleſiam non audiri?
63 Oſtenditur iterum pars affirmatiua quæſtionis.

Digitized by Google

64 Rurſum pars affirmatiua probatur.
65 Item eadem pars affirmatiua oſtenditur.
66 Occurritur probationibus prædictis.
67 Expugnatur occurſus.
68 A fortiori pars affirmatiua oſtenditur.
69 Occurritur probationi.
70 Diſpellitur occurſus.
71 Exemplis illuſtratur præſens doctrina.
72 Item pars affirmatiua perſtringitur.
73 Non omnibus datur interpretatio ſermonum.
74 Pontifex habet interpretationem ſermonum.
75 Alia eſt gratia interpretandi, alia authoritas.
76 In ſolo iudice inſidet authoritas interpretandi.
77 Apoſtoli docuerunt partem affirmatiuam quæſtionis, & poſt eos vniuerſi Pontifices in toto hoc capite.
78 Pars affirmatiua ex Alexandro primo.
79 Pars affirmatiua ex Eleutherio.
80 Pars affirmatiua ex Zepherino.
81 Pars affirmatiua ex Caliſto.
82 Pars affirmatiua ex Fabiano.
83 Pars affirmatiua ex Sixto.
84 Pars affirmatiua ex Felice.
85 Pars affirmatiua ex Marcello.
86 Pars affirmatiua ex Melchiade.
87 Pars affirmatiua ex Iulio primo.
83 Pars affirmatiua ex Liberio.
89 Pars affirmatiua ex Damaſo.
90 Pars affirmatiua ex Innocentio ſecundo.
91 Pars affirmatiua ex Hilario.
92 Pars affirmatiua ex Gelaſio.
93 Pars affirmatiua ex Vigilio.
94 Pars affirmatiua ex Gregorio Magno.
95 Pars affirmatiua ex Nicolao.
96 Obijcitur contra prædicta.
97 Eluitur obiectio.
98 Pars affirmatiua ex Philip. & Cōſtant. Imperatoribus.
99 Pars affirmatiua ex Gratiano & Valent. Imperatore.
100 Pars affirmatiua ex Martiano & Iuſt. Imperatore.
101 Pars affirmatiua ex Conſtant. Carolo, & Ludouico Imperatoribus.
102 Pars affirmatiua ex Cyrillo Hieroſol.
103 Pars affirmatiua ex Maximo.
104 Pars affirmatiua ex Athanaſio, Baſilio, & Theodor.
105 Pars affirmatiua ex Tertuliano & Cypriano.
106 Pars affirmatiua ex Hieronymo & Ambroſio.
107 Pars affirmatiua ex Auguſtino, Caſsiodoro, Beda. & Bonifacio.
108 Pars affirmatiua ex Rabano & Bernardo.
109 Ratione oſtenditur pars affirmatiua.
110 Iudicis legales partes.
111 Iudex debet audire & audire.
112 Conditio iudicis ſummi.
113 Diluitur argumentum aduerſariorum.
114 In Eccleſia eſt vis coactiua contra rebelles.
115 In veteri lege fuit vnus ſupremus iudex.
116 A fortiori oſtenditur pars affirmatiua.
117 Romanus Pontifex controuerſiarū diffinitor.
118 Petrus & Vrbanus Pontifices controuerſias de Religione dirimerunt.
119 Cornelius, Syluester, Cæleſtinus & Vigilius fidei controuerſias dirimerunt.
120 Idem Agathus, Adrianus & aliqua Concilia.
121 Idem Ioannes IX. Berengarius, Innocentius ſecundus & tertius.
122 Idem Clemens quintus, Martinus quintus & Pius quartus.
123 Omnes ſuborti contra Religionem errores ſummi ſemper Pontificis authoritate extincti.

124 Explicatur locus Ioannis 6. & Eſaiæ 54. quomodo Eccleſiæ filij edoceantur à Deo.

125 Explicatur locus Hieremiæ de lege ſcribenda in cordibus.

126 Duplex magiſterium Dei ad homines.

127 Qualiter omnes dicantur à Deo edocti?

128 Cur cautum ſit hominibus vocari magiſtri?

129 Quomodo Chriſtus teſtimonium ab homine non accipiat?

130 Quomodo multitudo pacis ſupra illos qui controuerſias verſantur apud Papam?

131 Explicatur locus Hieremiæ 31. Non docebit vos vltra proximũ ſuum.

132 Explicatur locus Matthæi de cauenda Phariſæorum lupina rapacitate.

133 Viuentes inclinant ad ſuos actus.

134 Aliter explicatur prædictus locus Matthæi.

135 Maioritas & fraternitas non ſecum pugnant.

136 Teſtimonium authoris Canonici diuinum eſt.

137 Encomium pro Martyribus.

138 Quomodo Chriſtus teſtimonium hominis non accepit?

139 Teſtimonium ſui non ſemper eſt teſtimonium legale.

140 Chriſtus magnifecit teſtimonia aliqua humana.

141 Non ſat eſt vitæ ſanctitas ad plenam doctrinæ intelligentiam.

142 Quomodo vitæ puritas ad agnitionem conducat?

143 Peccata obſtant veritatis cognitioni.

144 Credere in Chriſtum eſt voluntatem Dei facere.

145 Prædeſtinati ſunt oues Chriſti, atque etiam fideles omnes.

146 Prius credendum, poſt de intelligentia doctrinæ laborandum.

147 Per ſcripturarum ſcrutinium peruenitur ad fidem.

148 Fidei doctrinam explanare, quodam modo eſt ſantificare Chriſtum.

149 Qui publica intra Eccleſiam authoritate non pollent, plenam in ratione doctrinæ fidem non faciunt.

150 Fidei prophetia non eſt comes.

151 Non ſufficit lumen fidei ad certo diſcernenda inter fidei dogmata.

152 Quis homo ſpiritualis?

153 Spiritus per labia Sacerdotis edocet.

154 Non omnes fideles ſunt ſpirituales.

155 Iudicium particularis fidelis etiã ſapientiſſimi, non habet erga alios vim coerciuam.

156 Etiam hæretici iactant ſe fideles eſſe.

157 Alia eſt ratio de publicis, alia de particularibus Doctoribus.

158 Donum interpretandi ſcripturas ex Deo eſt.

159 Explicatur locus 1. Theſ. 1.

160 Non omnes habent exercitatos ſenſus ad diſcretionem.

161 Omnia iuxta decreta Pontificum diiudicanda.

162 Doctrina Pontificum eſt ſecundum doctrinam reuelatam.

163 Chriſtus maximum fidei fundamentum: Petrus verò magnum.

164 Quid Papæ diiudicant?

165 Iudicia Pontificum quaſi diuina ſunt.

196 Iudicium ſecundum leges diuinas diuinum eſt.

167 Diſcrimen inter Doctores, &

Paſto-

Paſtorem ſummum Eccleſiæ.
168 *Qualiter fides diuina pendeat ab Eccleſia?*
169 *Aliter reſoluitur fides in veritatem primam: & aliter in Eccleſiam.*
170 *Virtute diuina redduntur homines fidei irrefragabilis digni.*
171 *Sanctorum doctrina quomodo fidei diffinitionibus inſeruiat?*
172 *Valēt Pontificum diffinitiones ſupra Doctorum placita.*
173 *Certa promiſsio finis importat executionem mediorum.*

EXtremum dubium hoc extremum calculum iniicit diſquiſitioni noſtræ: quæ ab exordio tota in eum finem & ſcopū deſtinata eſt, vt controuerſiarum fidei atque omnis Religionis Chriſtianæ ordinariū, proprium, ac ſummum exploremus iudicem, & velut in lucē producamus. Faxit igitur Deus, vt tanto conquiſitum molimine portum oportunê occupemus, fœliciterque teneamus.

CAPVT PRIMVM.

Authores, & argumenta partis negatiuæ ex ſacra ſcriptura extorta.

Hæretici pro parte negatiua. 1 PARTI Negatiuæ adhæret vniuerſa hæc recētiſsimorum hæreticorum lues, omnia, vt in nihilum diluat. De medio ſiquidem controuerſiarum fidei atque religionis iudice competenti ſublato, opus eſt omnia turbari, & in factiones diuidi, ac tandem ſe mutuo confodere.

Miſera hæreticorū conditio. 2 Inde Scriptum eſt: *a Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Quoniā qui iuris, iuſtique ignorantia tenentur, omnia proinde fundamenta concutiunt, & in perniciem redigunt. Quis enim litigantium vſque à cauſa ſponte vult cadere, vel inuitus cedere, niſi competentis iudicis iudicio ad id conſtringatur? aut quando controuerſiæ finem, terminumque viderent, ſi aliquis legitimus iudex non eas adæquatē dirimeret? Vbi autem interminabiles lites diſceptationeſque ſunt, interminabiles etiam diſſenſiones, ac iurgia, & proinde iugula, & exterminia verſari, miſereque graſſari neceſſum eſt. Diuiſio enim ad corruptionem viam ſternit. a Pſal. 81. v. 5.

Quid hic ſenciant hæretici? 3 Sed age dū, inſpiciamus horum excucullatorū, & apoſtatarū à fide atque à monachatu mentem, potius demētiā. Sane diu in ea verſantur, vt adſtruāt nulli hominum generi addictum eſſe munus publice decernendi, & authēticè definiendi controuerſias Religionis & fidei: ſed vnicuique fidelium ſuū priuatum ſpiritum eſſe pro iudice, aut ſaltem ſpiritum illius, qui intelligentiæ dono præditus eſt. Videatur de re iſta Bellarminius. *b*

Argu. 1. à parte negatiua. 4 Argumenta potiſsima illorum ea ſcripturæ loca ſunt, in quibus fideles à Domino eruditi, ac docti aſſeruntur. Cuiuſmodi eſt in primis illud Eſaiæ: *c Dabo vniuerſos filios tuos doctos à Domino.* Ex hoc enim illicò inferunt. Ergo omnes poſſunt de quæſtionibus fidei, & morum, atque etiam Religionis, ac cultus ſatis ſuperque iudicare, vtpotē inſtructi à Deo, qui docet hominem ſcientiam. b *Lib. 3. de Romano Pontifice, c. 3.* c *Eſaiæ 54. v. 13*

Occurritur arg. 5 Et licet Bellarmin. *d* reſpondeat hunc locum intelligendum non eſſe de ſpiritu iudicante, atque internoſcente obſtruſa, & recondita fidei; ſed vel de doctrina Euangelij, quam Chriſtus ipſe palàm loquutus eſt mundo, & propter quā dicitur *e* de Deo, quod loquutus eſt nobis in Filio, iuxta quæ vult Cyril. *f* eo loci: vel de gratia Spiritus ſancti, qua iuſti interius ducuntur ad credendum & amādū Deū, iuxta quæ vult Auguſ. *g* 6 Adhuc poſſunt obijcere, quod proximè in litera habetur, ſcilicet. *Et multitudinem pacis filius tuis.* Id eſt, d *Lib. 3. de verbo Dei cap. 10.* e *Hebræor. 1.* f *Super ad Heb. 1.* g *Lib. de gratia Chriſti cap. 13. & 14.*

Occurſus excutitur.

ideſt, adeò filios tuos doctos à Domino reddam, vt multa ipſi pace fruantur. Cuius tamen procul dubio expertes & inopes ſunt, qui pro deciſione cauſarum ad ſalutem animæ pertinentium, alienum diſſitumque forum compelluntur adire, & ſe per varias mundi oras, parteſque diſtrahere, & prætoria diſcurrere. Quæ ſanè anxia cunctis interturbatio eſt, & nimium paci aduerſa. Arg. 2. à parte negatiua

h *Ieren. 31. 33.* 7 Secundum elogium eſt illud Hieremiæ: *h Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Et non docebit vir vltra proximum ſuum dicens; Agnoſce Dominum. Omnes enim ſcient me à minimo eorum vſque ad maximum.* Inde enim reiſciunt, vel potius rejectum clamitant magiſterium hominum pro his, quæ ſunt ad Deum; ſiquidem ab illo omnes etiam minimi edocti, ac ſcientia imbuti ſunt. Occurritur argumento.

i *Vbi ſupra.* 8 Quod ſi reſpondeamus illis cum Bellar. *i* verba iſta ſi ad præſentis vitæ ſtatum referantur, intelligenda fore de cognitione vnius Dei, olim propter falſorum Deorum multitudinem parùm perſpicua, nunc propter legis gratiæ excellentiam ſatis explorata, & aperta: non autem de myſterijs abſconditis quorum elucidatio peritiores dumtaxat concernit. Ogganiunt interpretationem iſtam eſſe ſtrictam nimis. Sed cur? forte propterea quod lex, vtique diuina gratiæ, plura quam vnius Dei notitiam, fidemque proponit. Vt enim credenda omnia, pariterque agenda præcipit, ita & docet. Si igitur in cordibus omnium hæc exarata legitur, ſequitur, quod tàm credenda, quàm operanda dictet, non ſecus, atque dictat, & docet vnitatem Dei: & proinde quod vltra magiſterium diuinum alio non ſit nobis opus. Occurſus reijcitur. 3. Argu. pro parte negatiua.

K *Matth. 7. 15.* 10 Tertium oraculum eſt illud Matth. *K Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Ex hoc enim conijciunt, quod cum monitum, vel mandatum hoc indictum ſit omni populo ad vitanda falſa Doctorum dogmata: conſequens eſt, quod omnis populus, & quilibet è populo poſſit per ſe ipſum diſcernere, & diiudicare illa, & proinde plenè ſcire, quæ ſint Catholica, quæ verò falſa oracula. Occurritur argumento & occurſus recluditur.

11 Quod ſi reſpondeamus etiam oues diſcernere inter canes & lupos ad vitandum hos & non illos: cum quo tamen ſtat, quod non ſint paſtores, ſed quod paſtore egeant. Forte occurrent dicentes, illud eſſe ex inſtinctu naturæ, hoc autem ſagacitatis, & intelligentiæ pondere. 4. Argu. ad idem.

Matth. 23. v. 8 12 Quartum teſtimonium eſt illud Matth. *l Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter Chriſtus.* Ex hoc enim inferunt Romani Pontificis authoritatem euidenter conuelli, & profligari; ſiquidem præter Chriſtum alius Magiſter aſſerendus non eſt. Occurritur argumento & occurſus euertitur & retunditur.

m *Vbi ſupra.* 13 Si autem reſpondeamus cum Bellarm. *m* quod ſicut hìc non prohibentur vera magiſtrorum officia, ſic nec magiſtrorum vera atque ſolida nomina: vt patet in Apoſtolo Paulo, *n* qui magiſtrum ſe, ac Doctorem gentium nuncupauit: ſed tantum elata & vana; hoc eſt, ambitioſè & vanè, more Phariſæorum quæſita. Si igitur hæc reſpondeamus, obijciunt immediatè ſequentia verba textus, nimirum: *Omnes vos eſtis fratres.*

n *2. ad Timot. 1*

14 Hoc autem poſito ſic inferunt primò, Si propterea nomen magiſtri vel ipſis ſacris Apoſtolis interdictum eſt, tanquam fraternitatis iuri repugnans, conſequens ſit, vt magiſtratus nomen longè magis alijs ſe opponat. Magiſtri nomẽ Apoſtolis interdictum.

15 Inferuntur ſecundò, Si Chriſtus, hoc magiſterium, quod ſibi Phariſæi vſurpabant, voluit eſſe alienum Apoſtolis; conſequens eſt, vt multo magis alienum eſſe velit ab illis, qui longè ab Apoſtolica dignitate, & intelligendi facultate diſtant, cuius modi ſunt omnes fideles quantumcumque Romani Pontifices. Etiã Phariſæ hoc nomẽ interdicitu.

o *Ioan. 5. v. 35.* 16 Quintum oraculum eſt illud Ioan: *o Ego teſtimonium ab homine non accipio.* Ergo quæ Chriſti ſunt (inferunt) ab authoritate hominis quantumuis eximij non dependet, ſed aliunde probanda, atque roboranda ſunt, proindeque definienda. Argu. 5. pro parte negatiua

Et licet

Digitized by Google

Occurritur argumẽto ſed reijcitur ſolutio.

17 Et licet Bellarminus reſpondeat, Verbum Dei in ſe non egere teſtimonio hominum, ſed tantùm in nouis, quorum gratia venit Ioannes Baptiſta, *vt teſtimonium perhiberet de lumine*; p non acquieſcunt, nec quieſcunt. Fortè quoniam abſolutè Chriſtus, & non cum diſtinctione, aut reſtrictione humanum à ſe repulit teſtimonium. p Ioan.1.8.

Arg.6. ad idem

18 Sextum oraculum eſt illud Ioan. q *Siquis voluerit voluntatem eius facere, qui miſit me, cognoſcet de doctrina mea, vtrùm ex Deo ſit.* Ex quo (quaſi claſicum canentes) colligunt, Ergo præter ſpiritum dilectionis Dei nullum aliud magiſterium requiritur ad cognoſcendam ſatis Chriſtianam doctrinam. q Ioan.7.17.

Occurritur argumento & occurſus conuellitur.

19 Si verò reſpondeamus, hic nõ refundi intelligentiam doctrinæ in probitatem morum, tanquam in cauſam adæquatam vel ſufficientem; ſed tantum in partialem remouentem multa ex impedimentis, quæ valde cognitioni obſtant: vtpotè quod in maleuolam animam non intrat ſapientia, neque habitat in corpore ſubdito peccatis. r Forte inſurgẽt, nihil in præſenti aliud requiri à Chriſto Domino, quàm iſta morum probitas, ſeu perfecta obedientia, & conformitas cum voluntate diuina; & proinde adiectitia alia mera commenta eſſe, figmentave. r Sapientiæ 1.

Argu. 7. ad idem.

20 Septimum oraculum eſt illud Ioan. s *Oues meæ vocem meam audiunt, & ſequuntur me.* Igitur non egemus (arguunt illi) alio præceptore, aut ſaltem alio controuerſiarum iudice, & interprete, ſed omnibus Chriſtianis hoc munus promiſcuè competit. s Ioan.10.27.

Occurritur argumento & refutatur occurſus.

21 Quod ſi cum Bellarm. occurramus, prædictum verbum intelligendum fore (iuxta Auguſtinum) de prædeſtinatis. E veſtigio occurrunt, quod ſaltem prædeſtinati non indigent tali iudice; ſed omnes prædeſtinatos eſſe ſibi ſufficientiſsimos iudices ſuarum controuerſiarum.

Arg.8. à parte negatiua

22 Octauum teſtimoniũ eſt illud Actorum: t *Beroenſes ſcrutabantur ſcripturas, an ita ſe haberent, quæ Paulus prædicabat.* Iam ergo (clamant) vel ipſa frequentis populi turba, non tantùm ſcrutatur eloquia & arcana Euangelica, verùm & iudicat illa, & quidem adeò prudenter, vt vel ipſi Apoſtoli æquo id animo tulerint: Et proinde ad dirimendas Chriſtianæ Religionis cauſas Sydereo aliquo iudice opus non eſſe, ſed priuatum quemque ſufficere; ſiquidem ad quos in primitiua Eccleſia pertinebat iudicium doctrinarum, ad eoſdem pertinet adhuc, in poſterumque pertinebit. t Actor.17.11.

Occurritur argumẽto ſed occurſus reijcitur

23 Si autem reſpondeamus illis plebeios iſtos Beroenſes feciſſe quidem iudicium non deciſionis, ſed collationis tantùm, & comparationis: vtpotè quibus tantùm fuit curæ conferre Pauli verba cum Prophetarum eloquijs, vt viderent, an vtraque ſibi conſentirent ſatis, atque cohærerent; Replicãt, quod cum verè hominis illi Apoſtolicam examinarint doctrinam, conſequens eſt, vt quilibet è media plebe poſsit etiam examinare Papæ, & Conciliorum, & quorumcumque ſanctorum, imò & totius Eccleſiæ placita, propoſitiones, & dogmata; & proinde nec Papam, nec Concilia, nec ſanctos iudiciaria magis ad dirimendas quæſtiones authoritate pollere, quàm priuatas ipſas è media plebe perſonas. Siquidem promiſcuè omnibus datum eſt aliorum dogmata examinare, & pro meritis probare, vel reſpuere.

Arg.9. pro parte negatiua.

24 Nonum elogium eſt illud Pauli: v *Habentes autem donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes: ſiue prophetiam ſecundum rationem fidei.* Cum igitur per prophetiam arguunt interpretationis donum, atque etiam explicationis intellectum; conſequens efficitur, quod ſi hoc vnicuique præſtatur ſecundum rationem fidei, hoc eſt ſecundum menſuram, & proportionem fidei, quod omnes fideles habeant ſufficientiſsimam ad diſcernendum, diiudicandumque lucem, vt habent ſufficientiſsimam fidem. v Rom.12.6.

Occurritur argumento, ſed occurſus variè impugnatur.

25 Quod ſi dicamus cum Ambroſio per ly *Prophetiam*, hic non accipi donum interpretandi abſtruſa, ſed prænoſcendi, atque prædicendi futura. Contra poſſunt obijcere. Primum reliquos ſanctos Patres oppoſitũ ſentire.

Secundò, prophetiam propriè dictam annexam nō eſſe fidei;aliàs omnes fi- 26 deles,prophetarent; benè tamen impropriè ſumptam : quia omnes fideles habent lumen quo diſcernant Catholica dogmata à falſis:ait enim D.Thomas:x *Lumen fidei facit videre ea,quæ creduntur. Sicut enim per alios habitus virtutum homo videt quod eſt ſibi conueniens ſecundum habitum illum:ita etiam per habitum fidei inclinatur mens hominis ad aſſentiendum his, quæ conueniunt rectæ fidei, & non alijs.* Habent ergo fideles donum diſcretionis inter vera dogmata & falſa,& proinde donum iudicij.

Propheтia nō eſt annexa fidei.

x 2.2. q.1. art.4. ad 3.

27 Decimū teſtimoniū eſt illud : y *Spiritalis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* Igitur cum â numero ſpiritualium priuati non arceantur fideles,inferunt, quòd penes illos non minus quàm penes alios publica authoritate conſpicuos, manent definiendi atque decernendi iura.

y 1.Cor.2.

Arg. 10. pro parte negatiua.

28 Si autem reſpondeamus illis in prædicto teſtimonio non agi de iudicio authentico& publico , ſed tantùm de priuato , quo omnes ſpiritu præditi abundant. Contra obijciunt ly *iudicat omnia*,quod munus alteri quàm legitimo,ordinarioque competere iudici neutiquam poteſt. Præterquam quod quis ſcire poteſt;an Romanus Pontifex ſit ſpiritalis homo , vt de omnibus poſsit ſententiam ferre?

Occurritur argumento& occurſus occluditur.

29 Vndecimum teſtimonium eſt illud , vbi ſermone inducto de dono interpretandi & ſimilibus ſubijcit Paulus: z *Hæc omnia operatur vnus & idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult.* Non ergo(colligunt)interpretandi munus his, vel illis in particulari,vtique Concilijs,& Papæ alligatum eſt,ſed pro Spiritus ſancti placito,nunc his,nunc illis,nunc iſtis,nunc verò alij commendata ſunt,& pro temporum diuerſitate diuerſis deſtribuuntur.

z 1 Cor.12. 11.

Arg. 11. pro eadē parte negatiua.

30 Neque curant Bellarminij reſponſum explicantis huiuſmodi elogium de particularibus perſonis,quibus non promiſcuê , ſed diſcriminatim conceditur interpretandi donum interpretatione priuata, non verô authentica, quo non gaudent , niſi vel Papa,vel Concilium. Obijciunt enim huiuſmodi interpretationem futilem,& cōmentitiam eſſe; vtpotê nullo ſubſidio fultam;quia tantùm dicitur, & non probatur.

Occurritur argumēto & occurſus obſtruitur.

31 Duodecimum teſtimonium eſt illud: a *Omnia probate , & quod melius eſt tenete*,cum illo Ioan. b *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſunt.* Ex quibus inferunt,quod cum huiuſmodi ſermo ad omnes pertineat, etiam pertinebit ad omnes iudicare de ſpiritualibus:quoniam probari non poſſunt,quæ non iudicantur,atque diſcernentur.

a 1. Ad Theſſal. 21.

b 1. Ioan.4. v. 1.

Arg. 12. ad idem.

32 Neque arridet illis Bellarminij reſponſum negantis ſermonem hic ad omnes dirigi,ſed ad illos dumtaxat,quorum ex officio intereſt dubia interpretari: quoniam (inquiūt) iſta oratio deſtinabatur ad illos,quos Paulus proximè c fratres vocauerat. Fratum autem nomine vniuerſos fideles intelligi perpetuum apud Paulum eſt.

c V.14.

Occurritur argumento& occurſus præcluditur.

33 Decimūtertium eſt illud: d *Vos eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum*,hoc eſt,vos eſtis Eccleſia(id enim ſonat ly, *Ciues ſanctorum, & domeſtici Dei*) fundata ſuper doctrinam Apoſtolorum & Prophetarum. At(obijciunt) ſi intelligentia dogmatum religionis & fidei penderet ab alijs quâm ab Apoſtolorum & Prophetarum oraculis per ſe ſumptis , vtique â diffinitionibus ac interpretationibus Papæ, potius *Eccleſia* ſuper *Papam*,quàm ſuper Apoſtolos & Prophetas fundata eſſet: quoniam citra Papæ interpretationem nullus Apoſtolorum, aut etiam Prophetarum oraculis, doctrinisve tutò ſubſiſteret.

d Ad Epheſ. 2. 19.

Arg. 13. pro parte negatiua.

34 Quod ſi reſpondeamus, verè Eccleſiam fundatam eſſe ſuper Papam , vtpotè ſucceſſorem Petri , cui dictum eſt : *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam* : per quod tamen non tollitur fundatam eſſe ſuper Verbum Dei miniſtratum ſuper Apoſtolos , tanquam ſuper fundamentum prius. Obijciunt fundamentum prius & præſtantius Eccleſiæ non

Occurritur argumento& occurſus intercluditur.

non Apoſtolos & Prophetas, ſiue illorum dogmata fuiſſe, ſed Chriſtum Dominum ſecundum illud Pauli: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Dominus*; vtique fundamentum prius & principalius: prout etiam à nobis ſupra explicatum eſt.

Rationibus inſurgunt hæretici, pro parte negatiua.

CAPVT SECVNDVM.

Argumenta ex diſcurſu compacta ad eandem negatiuam factionem.

Arg. 1. ratione pro parte negatiua.

35 PRæter ſcripturæ fragmenta, quæ conſuerūt ſibi prædicti inuaſores acerrimi Præſulatus Romani, aliàs connectunt ratiunculas, ac tendiculas fingunt vndique compilatas.

36 Obijciunt enim primum, quòd ſi ſummus Pontifex eſſet proprius ac legitimus iudex reuelatæ doctrinæ, cōſequens fieret, vt eſſet ſuper ipſam doctrinam, & ſuper diuina oracula, ac tandem ſuper ipſum Deum talis doctrinæ authorem: ſiquidem nullus eſt, qui poſſit iudicium ferre niſi circa ſibi ſubditos & omnino inferiores. Vnde ſcriptum eſt: *Quis es tu qui iudicas alienum ſeruum, Domino ſuo ſtat aut cadit.* At hæc ſunt blaſphemiæ apertiſsimæ. Ergo.

Occurritur argumēto & occurſus reſpuitur.

Nec placat illos exactum, quod huic argumento præbet Bellarm. reſponſum, vtique Pontificem Romanum non iudicare, an vera, vel falſa ſint oracula Dei; ſed an vera, vel falſa ſit interpretatio illorū, quam homines adhibēt. Et ideò nō eſſe ſuper diuina eloquia, ſed ſuper iudicia varia & ſuper incertas expoſitiones noſtras. Cauſam autem ſuæ diſplicentiæ non lego. Fortè conſiſtit in hoc, quod pro eodem reputant decernere intelligentiam verbi, atque verbū ipſum; vtpotè quod determinata ſignificatio eſt tota quidditas determinati verbi.

Arg. 2. ratione à parte negatiua

Arg. 3. ad idem ex ratione.

38 Deinde ſi à iudicio hominis penderet noſtra fides, debili prorſus ac fragili inſiſteret fundamento. Bellarminio autem occurrenti, Pontificum & Conciliorum verba non prorſus eſſe humana, vel fallibilia, & obnoxia erroribus: inſultant dicentes id monialibus dicendum eſſe, non Lutheranis.

39 Tertiò, diuina eloquia non humano, ſed diuino prorſus ſpiritu condita ſunt, vtpotè verbum Dei. Ergo diuino prorſus, ac cœleſti iudicio, & nullo modo humano exponenda ſunt: vtpotè quod, quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpiritus Dei.

Occurritur argumēto & occurſus reijcitur.

40 Bellarminium autem reſpondentem, ſatis adeſſe aſsiſtentiam Spiritus ſancti, qua numquam Eccleſia deſtituitur; reijciunt tamquam blateronem ædificantem ſuper arenam Eccleſiam Chriſti, & erigentem ſuper arundineum baculum religionis molem.

Arg. 4. ad idem ex ratione.

41 Quartò, ſancti Patres cum interpretantur ſcripturas, libenter ſuas explanationes ſubijciunt alterius iudicio & cenſuræ. Igitur agnoſcunt illas ſtabiles prorſus nō eſſe. Quo ergo iure Sūmus Pontifex, vel etiam Concilia ex hominum cœtu (certè non eruditorum) compacta, inuicta eſſe volunt interpretamenta ſua, & pro lege ac regulâ haberi?

Occurritur argumēto & reſpuitur occurſus.

42 Reſpondet Bellarm. aliud eſſe interpretari oracula more Doctorum, aliud verò more iudicum: adeò vt ad primum eruditio ſufficiat, ad ſecundū autem authoritas requiratur; quia Doctor non proponit ſententiam ſuam, vt neceſſariò ſequendam, benè tamen iudex. At oggniunt inquirentes, vnde Romanus Pontifex Prætoria iſta authoritate potiatur, vt ſententiam quam ex cathedra dictat, nos proni adorare teneamur?

Arg. 5. ex ratione ad idē

43 Quintò, ille controuerſiarum de fide legitimus iudex eſt, quæ ſufficit facere fidem, quæ Chriſtianum concernit hominem, vtique fidem diuinam

nam. Sed nullus hominum poteſt talem fidem facere, imò nec tota Eccleſia, vtpotè quod fides quam ab Eccleſia habemus acquiſita eſt, & non infuſa, & proinde non Theologica, atque adeo neque diuina, neque irrefragabilis, qualis tantum eſt fides inmmediatè infuſa, & indita à Deo.

Occurritur argumēto, & occurſus obſtruitur.

a Rom. 14.

44 Quod ſi dicamus, etiam prædicatorum fidem cōcurrere ad ingenerandam diuinam fidem, vtpotè quod ſcriptum habemus: *a Quomodo credent ſine prædicante? ergo fides ex auditu.* Et proinde etiam teſtimonium hominis, præſertim Romani Pontificis, cōcurrere poſſe ad eam. Adhuc procul dubio reſilient diffitentes eſſe poſſe fidem infuſam, ac planè diuinam, quæ aliter quam influxu diuino comparatur. Maximè quoniam aliàs fides diuina in Eccleſiæ, imò Pontificis iudicium reſolueretur.

Arg. 6. ratione à parte negatiua.

45 Sextò vnum ex requiſitis ad veram rationem iudicis eſt, vt nullo partium ſtudio ducatur, ſed liber & expeditus ab amore, & odio inueniatur, vt ſic æqua lance perpendat, quæ decernenda ſunt. At Romanus Pontifex ſtudio orthodoxorum ſuorum maximè ducitur, & in gratiam illorum cuncta, ne dum plura, decernit: & idem præſtaret quilibet in gratiam ſuæ gentis homo, aut ſaltem in præſtandi periculo verſaretur. Ergo nullus hominum valet ad res fidei tutò diffinjendas, & citra ſuſpicionem terminandas. Quomodo enim certi eſſe poſſumus, quod rectam & omnino inflexibilem iudicij ſtateram tenuit?

Occurritur argumēto & occurſus repellitur.

b Matth. 16. 19

46 Si autem dicamus certos nos eſſe debere de ſtrenuitate iudicij propter illud verbum Chriſti: *b Quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Replicant, quod ſcriptura non prodit hæc fuiſſe propter Papam aſſerta, & proinde tantum eſſe credenda fide humana, quæ erroribus obnoxia eſt.

Arg. 7. ex ratione pro parte negatiua.

47 Septimo, omnis homo (perhibente ſcriptura) mendax eſt, hoc eſt ad mentiendum, atque ad decipiendam propenſus, ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia. Ergo ſententia omnis ab humano iudicio procedens non poteſt nō eſſe dubiæ, atque incertæ fidei: & proinde vacillans, & tremens, atque adeò non fidei diuinæ, quæ firma prorſus atque immobilis eſt.

Occurritur argumēto & occurſus diſpellitur.

48 Quod ſi argumentum hoc in proprium caput authoris retorquere velimus, obijcientes ſequi proinde Apoſtolorum, atque prophetarum oracula incerta & ſuſpecta eſſe: vtpotè quod vtrique verè homines ſunt. Reijciunt tellum dicentes reſponſa illorum fuiſſe ab Spiritu Sancto profecta, vtpotè quod Spiritus ſanctus per os ſanctorum illorum loquutus eſt, ſecus verò per os Romanorum Pontificum, vel Conciliorum! quoniam aliâs illorum ſcripta inter ſcripturas ſacras computanda venirent. Quod nefas.

Arg. 8. ex ratione à parte negatiua.

c Rom. 7. 14.

d Lib. c contra Iulianū Pelag. c. 2.

49 Octauo, norma quā aſſignant Papiſtæ ad interpretandas ſcripturas & religionis dogmata, potiſſimum eſt ipſa *Patrū* expoſitio conſentiens, ac ſibi per omnia conſona; at ſæpe inter ſe diſſentiunt, ac omnino diſsident in interpretationibus ſuis Patres, & maximè maximi, vt vel liquet videre in illo Romanorum: *c Ego carnalis ſum venundatus ſub peccato.* Quod Origenes, Athanaſius, Ambroſius & Hieronymus intelligunt, non quidem de ipſo Paulo, ſed de nondum renatis. Auguſtinus, d autem de *Paulo* ipſo, ac de quouis renato homine. Ergo.

Arg. 9. ex dilemmate ad idē

50 Nonò, vel Romanus Pontifex habet ius infallibiliter definiendi, vel non. Si primum, ergo fruſtra Concilia conuocat, cogit, & congregat ad tutò definiendas res fidei. Si non, ergo habetur intentum.

Occurritur argumēto & occurſus eneruatur.

51 Nec *B*ellarm. reſponſo, quantumcumque euidenti, quieſcunt, vtique Romanum Pontificem quantalibet definiendi authoritate munitum non debere reſpuere, ſed amplexari potius, & inquirere media ordinaria & humana ad veritatis aſſequutionem planè proficua, vt vel etiam ipſi perfecerunt Apoſtoli prorſus ad id coacto Concilio. Non igitur ſatisfiunt, obijcientes, quod ex quo in Pontifice reſidet plena definiendi facultas neceſſarium eſt ſuper omnia media conſtitui. Quoniam de homine cœlitus edocto,

aut

aui Spiritu Sancto munito, abſurdum eſt dicere, egere doctrinis hominum & humanis medijs ad penetranda cœlica, ſydereaque dogmata.

Arg. 10. ex diſcurſu pro parte negatiua.

52 Tandem ſummus Eccleſiæ Pontifex poteſt in fide errare, ac labi tamquam hæreticus, & eſſe verè hæreticus, vt patet ex Canone *Si Papa*, e ex Concilio V. ſub Symmacho, ex Cõcilio VIII. generali f & ex Anacleto Papa g ex Euſebio, h & ex Innocentio III. i Vbi ſtatuitur Pontificem non poſſe iudicari, niſi inueniatur à fide deuius. Poteſt ergo ex communi ſententia Põtifex in fide labi, & proinde fides illius inconcuſſa non eſt; vt recta ſemper definiat, qui non rectè ſentit, nec recta.

e *Diſtin.* 40.
f *Act.* 7.
g *Epiſt.* 3.
h *Epiſt.* 2.
i *Serm.* 2. *de conſecrat. Pontif.*

Occurritur argumento.

53 Neque admittunt Bellarm. K reſponſum Canones præmiſſos loqui quidem de errore & lapſu Pontificis perſonali, quatenus priuata perſona & doctor ſpecialis eſt: non autem prout eſt perſona publica cum authoritate iudiciali, quia ſecundum hanc rationem vacillare, nedum labi, non poteſt in fide gratia illius priuilegij, l *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

K *Lib.* 4. *de Romano Pontifice, cap.* 7.
l *Luc.* 22. 32.

Recutitur occurſus.

54 Non inquam aduerſarij admittunt euidentiſsimam diſtinctionem hãc, quia dicunt prædictos Canones ſimpliciter affirmare, quod Papa errare poteſt: & vbi non diſtinguit lex, nec nos diſtinguere debemus, maximè diſtinctionem prædictam: quia ly Pontifex ſuaptè natura ſignificat publicam, vt ſic non autem priuatam perſonam. Hactenus praua hæreſis, & hæreticæ prauitatis improbitas.

CAPVT TERTIVM.

Oſtenditur ex ſacris literis affirmatiua pars, vtique Romanum Pontificem eſſe in terra maximum controuerſiarum iudicem.

Oſtenditur pars affirmatiua de fide.

55 IAM Ad veritatis campos, & quidem latiſsimos, & feraciſsimos, tempus eſt demigrare, vt culturam fidei cum inclytis colonibus eius, agricoliſque faciamus. Primum autem opus ſit inuicta ex ſacra paginâ teſtimonia producere, & producta pro virili explanare.

Primo oſtenditur pars affirmatiua ex ſcriptura.

56 Primum autem illorum eſt, quod ſupra abundè diſcuſsimus, m vtique verbum illud Chriſti ad Petrum; n *Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Etenim per claues hîc apertè denotatur facultas pateſaciendi aditum ad regna cœlorum, vt vel ipſi aduerſarij ſentiunt. Cùm igitur plura ſint, quæ talem præcludunt aditum, & reſerationem impediunt nimirum lethalia crimina, verbi gratia, ignorantia fidei, & eorum quæ concernunt, fidem conſequens eſt, vt ſicuti propter hoc ſub facultate clauium intelligitur collata poteſtas remittendi peccata, etiam intelligatur donata facultas dirimendi quæſtiones, ex quarum explicatione pendet ſana intelligentia doctrinæ, quæ prædicanda eſt, atque neceſſario credenda: alias ex parte non verò integrè conſultum fuiſſet requiſitæ apertioni cœlorum: cui licet obſtent crimina multum, vtpotè quod o *Coinquinatum nihil, aut abominationem faciens, & mendacium intrabit in eam gloriam*, non minus obſtat fidei, neceſſariæque cognitionis defectus, ſiquidem p *Et ſine fide impoſsibile eſt placere Deo.* Et intrare ad vitam abſque præceptorum obſeruatione, & proinde abſque notitia certiſsima, & ſufficienti illorum. Vnde conſulto Chriſtus adhibuit ly, *Quodcumque ſolueris ſuper terram*, vt omne ligaminis genus nodi, ac vinculi præpedientis, & quoquo modo retardantis acceſſum, & ingreſſum ad vitam comprehenderet, & copiam dirimendi præſtaret.

m *Sup. dub.* 2. *à cap.* 2.
n *Matth.* 16. 18.
o *Apocal.* 21. v. 27.
p *Heb.* 11. 6.

Nec

Digitized by Google

57 Nec valet aduerſariorum effugium occurrentium ex doctrina Auguſtini, quod Chriſtus has claues commiſit Apoſtolo Petro reſpiciens illum, vt continentem, ac repræſentantem vniuerſalem Eccleſiam & proinde priuilegium hoc vniuerſali Eccleſiæ indulſiſſe, nō autem alicui ex alumnis, aut ex filijs eius, & proinde æquè omnes atque ſingulos tangere ius ſoluendi nodos implexos ſacræ Scripturæ, & Religionis Chriſtianæ.

Occurritur rationi.

58 Non inquā valet: quia licèt Petrus pro tunc repræſentaret Eccleſiam, & quidem vniuerſalem: at id tamquam caput præſtabat; quatenus Eccleſiæ Chriſtus hoc priuilegium contulit in ſuo capite. Sicut quando Deus alicui reipublicæ donat optimæ gubernationis virum, donat Mehercle reipublicæ: at in magiſtratu illius, qui eius perſonam gerit, & ſuſtinet.

Occurſus excluditur.

59 Neque valet rurſum, quod rurſum infertur, videlicet authoritatem iſtā clauium, non tantùm Petro, ſed reliquis etiam Apoſtolis inditam fuiſſe: iuxta illud Matt. q *Quæcunque liganeritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque ſolueritis ſuper terram erunt ſoluta & in cælis*. Cuius in gratiam Cyprianus dicit: r *Hoc erant cæteri Apoſtoli quod erat Petrus pari conſortio præditi, & honoris & poteſtatis.* Et ſimilia habent Anacletus apud Gratianum s Hieronymus, t & Leo Papa. v

Iterum occurritur argumento.

q *Matth.16.18. 19.*
r *Lib. de vnitate Eccleſiæ.*
s *21.d.cap.in nono.*
t *Lib.1.contra Iouin.*
v *Epiſt.ad Anaſtaſ.*
x *Ioan.21.17.*

60 Non inquam valet; quoniam licet vniuerſalis poteſtas omnibus Apoſtolis verè à Chriſto Domino præſtita ſit, at non tamquam ordinarijs, ſed tāquam delegatis paſtoribus. Munus enim paſtoris proprij Petro ac ſucceſſoribus eius vnicè commiſſum eſt, dū ſeorſim auditur: x *Paſce oues meas*; prout iam in ſuperioribus abundè explicatum eſt. Et ſolus Petrus accepit poteſtatem à Chriſto ſub nomine clauium: illi enim dumtaxat dictum eſt. *Tibi dabo claues regni cælorum*. Vt enim traditione clauiū ſumma poteſtas traducitur, propter quod dum Reges & Principes ſuas primitus ingrediuntur vrbes, claues à magiſtratibus ſolemni ritu ſuſcipiunt: Ita promiſſione clauium ſuprema præfectura inumbratur. Et ideo ex officio Petrus, ex priuilegio autem reliqui Apoſtoli fuere vniuerſales Præpoſiti. Quare ſucceſſores Petri eodem quo Petrus ipſe primatu gaudent, vtique Romani Præſules: ſecus verò ſucceſſores aliorum Apoſtolorum, vtique reliqui Epiſcopi.

Iterū eliminatur occurſ.

y *Ioan.21.*
z *Lib.2.ad Eugenium Pont.*

61 Inde y audito, quod Dominus eſſet, qui ſe ad mare Tyberiadis diſcipulis manifeſtauit, ſolus Petrus in mari miſit ſe. *Hoc quippe ſignum fuit* (ait Bernardus z) *ſingularis Pontificij Petri, per quod non nauem vnam, vt cæteri quique ſuam ſed ſeculum ipſum ſuſcepit gubernandum. Mare enim ſeculum eſt, nauis Eccleſiæ.*

Quid pertēderet quod Petrus miſerit ſe in mare.

a *Matth.18.17.*

62 Secundum oraculum eſt illud: a *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquā Ethnicus & publicanus.* Hic enim loquitur Chriſtus de correctione culparū facienda per Præſulem, quem Eccleſiæ nomine intelligit: vt etiam aduerſarij fatentur. Habet ergo Prælatus ius ſupplicio afficiendi rebelles & contumaces ſuis infenſos fratribus. Si ergo ſingulari Eccleſiæ, hoc eſt ſingularis Eccleſiæ Præſuli id muneris datum eſt aduerſum offenſiones priuatas: quid non vniuerſali Antiſtiti aduerſus vniuerſales iniurias? Quales hæretici irrogant vniuerſali Eccleſiæ?

Quid ſit Eccleſiā non audiri.

63 Quod ſi de illata iniuria corripiendi ſunt, atque de errore monendi, & tandem cōtumacia inſtante caſtigandi: conſequens eſt, vt Præſul erroris gradus & momenta diiudicet, & decernat authentice: ſiquidem ob priuata iudicia plectendus nemo, damnandus ve eſt. Qualiter autē id fieret ſi penes vniuerſalem paſtorem non vigeret ius definiendi vniuerſales religionis cauſas? Habet ergo diffinire illas.

Oſtenditur iterū pars affirmatiua quæſtionis.

64 Sanè ſicut priuatus priuatæ Eccleſiæ Præſul non poteſt ſententiam dicere aduerſus priuatum aliquem conuitiatorem fratrem, niſi explorata prius conuitij abſurditate & qualitate, & proinde librata æqua trutina grauitate offenſæ: pariter, nec Summates poterunt eorum petulantias decernere, niſi definita prius erroris intolerantia, & malitia, quæ ſanè ſatis diſcerni nequeunt,

Rurſum pars affirmatiua probatur.

Digitized by Google

nequeunt, niſi definita prius, & authenticè declarata tamquam de fide interpretatione & intelligentia dogmatis, à cuius bono ſenſu contumaciter deflectunt errantes. Imò nec inferiores Prælati quantumcumque legitimi fixum de re quauis poſſunt pronunciare iudiciũ, niſi deciſum prius à ſummatibus acceperint ſedibus. Solius enim ſupremi Principis eſt eas penitus determinare, ſiue immediatè per ſe, ſiue per ſanctiones, & leges publico diplomate ſtatas.

Item eadem pars affirmatiua oſtẽditur.

65 His ſubijciamus, quod ſi pro ſedanda diſcordia & ſeditione priuata ad Eccleſiã tandem recurrendum contra rebelles atque incorrigibiles eſt, vt ad prætorium publicum, iuxta decretum Domini, longè magis ad eandẽ confugiendum erit, & prouocandum pro communi ſeditione pacanda, & ad veram concordiam redigenda: vrget autem intra Eccleſiam imò potius contra Eccleſiam vniuerſalem communis & vniuerſalis ſeditio, quotiens de legitimo ſenſu alicuius Chriſtiani dogmatis diſſenſio, & diſſidium contumax inter Chriſtianos eſt, mutuis ſe iniurijs laſceſentes, & Eccleſiæ pacẽ interturbantes. Dicendum id igitur erit vniuerſali Eccleſiæ, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ capiti, vt quæ pars ſequenda ſit videat, præuideat, ac maturè decernat, & propterue reluctantes comprimat & corripiat.

Occurritur probationibus prædictis.

66 Nec tandem valet, aut prodeſt quidquam aduerſariorum occurſus; vtique fidei dogmata ſic adeò conſpicua eſſe, & in ſole poſita, vt nulla explicatione indigeant, ſed tantùm animaduerſione, & iuſta punitione in diffitentes. Non inquam valet, tùm quoniam in tractatu de ſacra ſcriptura abundè ſatis oſtenſum eſt ſacram ſcripturam obſcuram potius quàm perſpicuam eſſe. Secũdò, quia vbi digladiantur interpretes, & quidem ingenuè celebres, neceſſum omnino eſt non perſpicuitatem & euidentiam, ſed obſcuritatem & difficultatem non facilè ſuperandam inuolui, imò nec ſuperabilem fortè niſi de auxilio & ope omnipotentis Dei. Quod non poteſt præſto non eſſe illi pro quo rogatum à Chriſto eſt *b* ne fides eius deficiat, id eſt, ne erret in fide: reliquis autem nõ ſic. Ad hunc igitur tamquam ad aſylum conuolandũ erit, vt promat quid certo ſequendum, quidue declinãdum ſit, vtpotè quod mandatum accepit: *Confirma fratres tuos*, vtique ne circunferantur omni vento doctrinæ, nec vacillẽt in illa cui preſſe adhærendũ eſt. Qualiter autẽ Pontifex ſic ſuos fratres firmaret, ſi exortam interpretationum valde inter ſe diſſidentium procellam non poſſet definitiua cõpeſcere, & tranquillare ſententia? per quam rem acu tangeret, & penicillo admoto ſuis coloribus pingeret. Audiendus igitur & adeundundus eſt Romanus Põtifex qui non tantum firmandis moribus, ſed etiam ſanæ atque orthodoxæ doctrinæ firmandæ, & conſeruãdæ præeſt. Saltem quoniam ſana ſemel de medio ſublata doctrina mores optimos illicò ruere, & incorruptiſsimos labi citra quæſtionem eſt.

67 Expugnatur occurſus.

b *Luc. 22. v. 32.*

CAPVT QVARTVM.

Iterum ex ſacris literis idem oſtenditur.

A fortiori pars affirmatiua oſtenditur.

68 Tertium pro hac eadem affirmatiua parte teſtimonium eſt illud Matthæi. *a Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, quæcunque dixerint vobis ſeruate & facite, ſed opera eorum nolite facere* Igitur ſi doctrina ſedentium in cathedra Moyſi ſana prorſus & infallibilis erat (alias non in omnibus, & per omnia tenenda veniret: cuius tamen oppoſitum præcepit verbum iſtud: *Quæcunque dixerint vobis ſeruate*:) Conſequens omnino eſt, vt ſana etiam, ac prorſus irrefragabilis ſit doctrina ſedentium legitimè in Chriſti cathedra, quæ eſt Petri. Non enim illa præ iſta veritatis

a *Matth. 23. 2.*

Digitized by Google

tis magiſtra eſt, ſed potius, è contra, vtpotè quod *lex per Moyſem data eſt, gratia autem, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Et illa non ita magnificis pro tuẽda veritate gratijs, priuilegijſve fulta inuenitur.

Occurritur probationi.

69 Neque obſtat, quod cathedræ Moyſis profeſſores, vtique Phariſæi, & Scribæ, turpiter aliquando, horrendeque cæcutierint, & ſic prorſus errauerint, vt propterea à Domino dictum ſit: *b Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum.* Et alibi, *c Attendite à fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis*, hoc eſt, à fermento non panis, ſed doctrinæ, vt ipſe textus aperit: ſæpe enim clamabant Chriſtum non eſſe audiendum & ſimilia.

b *Matth.* 15. 14.
c *Luc.* 12. 1.
d *Matth.* 23.

Diſpellitur occurſus.

70 Non inquam obſtat. Quoniam teſtimonium Matth. *d* procedit de doctrina publica, hoc eſt, de doctrina tradita authoritate publica, cuius irrefragabilitatem oſtendit Chriſtus ex conſequutione qua intulit: *Super cathedrã Moyſi ſederunt. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate.* Reliqua verò teſtimonia ex Matth. 13. *e* de doctrina priuata, quam Scribæ & Phariſæi tamquam priuati doctores ex proprio Marte dictabant, quas inter ſe repugnare repugnantia non eſt.

e *Matt.* 13. & 16

Exẽplo illuſtratur præſens doctrina.

71 Exemplum apotiſsimum habemus in ſcrutinio, & iudicio cauſarum forenſium; quæ ſimul per plures iudices dirimendæ ſunt. Frequẽtiſsimè enim in illarum diſcuſsione accidit, vt adhærens v.g. parti negatiuæ, & mordicus illã tenens, affirmatiuã nihilominus per ſententiam pronuntiet, & chyrographo ſignet, & hoc citra palinodiam: quoniã iudiciũ primũ eſt priuatũ, & pro captu authoris, ſecundũ verò publicũ, & ab authoritate publica profectum, per quam decretum eſt, vt minor pars iudicum ſubſcribat maiori, & hic cum negatione priuata ſtat affirmatio publica.

Itẽ pars affirmatiua perſtringitur.

72 Vt igitur forenſes iudices ex vi, ac virtute fori tenentur vnanimiter ac indiuiſibiliter ferre, & in publicum proferre ſententiam, etiam ſi alias diſcordent, ſeorſimque ſcindantur; ſic cathedræ Moyſi præceptores iure talis cathedræ hoc potiebantur munere, vt in publica nõ errarent doctrina, etiãſi in priuata deſiperent, ac delirarent. Si igitur cathedra illa ius hoc obtinuit, quanto magis cathedra iſta? vtique cathedra Petri, aliàs Chriſti.

Non omnibus datur interpretatio ſermonum.

73 Vltimum teſtimonium eſt (vt prætercam alia, de quibus ſat dub. 4.) illud Pauli ad Corinthios, vbi recenſens Paulus diuerſa aliqua Spiritus Sancti dona, inquit: *f Alij datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alij autem ſcientiæ ſecundum eũdem ſpiritum, alij operatio virtutum alij prophetia, alij interpretatio ſermonum.* Igitur cum interpretatio ſermonum referatur hic inter ea, quæ aliquibus tantùm, non verò omnibus conferuntur; conſequens eſt, non eſſe communem omnibus, atque quibuſcumque fidelibus, ſed ſingularem illis quibus tale donum conceditur: & proinde falſum eſſe hæreticorum delirium, quod vnicuique fidelium ſuus priuatus ſpiritus pro iudice, & interprete eſt.

f 1. *Cor.* 12. v. 30

Põtifex habet interpretationẽ ſermonum.

Nec valet dicere ex hoc neutiquam colligi, eſſe in Eccleſia vnum ſacrorum eloquiorum interpretem, ſed tantùm huiuſmodi donum non per omnes ſpatiari, ac diffundi, cum quo tamen ſtat ſimul poſſe in pluribus reperiri, & proinde plures eſſe poſſe iudices controuerſiarum fidei.

74 Non inquam valet, nam in primis ex hoc capite euidenter eruitur non cuiuis fidelium dari ſpiritum interpretandi ſcripturas, cuius tamen oppoſitum oppoſita ſententia adſtruebat. 75 Deinde etiam colligitur huiuſmodi donum eſſe donũ interpretandi, at non publicè & authenticè: quoniam Paulus expreſſè loquitur de gratia interpretandi, non autẽ de authoritate. Hæc autem adeò differunt inter ſe, vt illa inferat interpretationẽ priuatam, veriſſimam quidem, at non neceſſario ſequendam, vtpotè non authenticè traditã: hæc verò interpretationem publicam à cunctis tenendam. Quia verò, ſiue plures ſint, ſiue pauciores, qui dono interpretationis potiuntur (in hoc non moror, cũ nullo vnquã ſeculo defuerint multi ſimul, ac præclari interpretes) certi tamen eſſe non poſſumus, cui nam diuinitus id interpretandi donũ inditum ſit, vt ſic interpretationibus eius ſecurè adhæreamus: opus eſt intra

Alia eſt gratia interpretãdi, alia vero authoritas.

Eccleſiam

Digitized by Google

In ſolo iudice reſidet authoritas interpretandi.

76 Eccleſiam aliquo ſupremo iudice, qui de conuenientia illarum pronunciet authenticè: nam ſæpè ſe nobis diabolus transfigurat in Angelum lucis, & nullus hactenus inuentus hæreticus eſt, qui interpretationis nodum ſibi ſupernè illatum iactauerit, & maximè Lutherani nunc, & Caluiniſtæ effutiunt etiam in dogmatibus illis in quibus ſibimet aduerſantur. Quis ergo inter iſtos, aut contra iſtos authenticè tandem pronunciabit, ſi nullus ſupremi iudicis munere pro interpretationibus gaudet? Vnde quoniam iſti talem à ſuo carbonario cœtu Præfectum repellunt mutuis indiſceptationibus ſuis conuitijs ſe lacerant, & dùm forte volunt ſuas veteres quæſtiones ſopire, nouas exſuſcitant.

Apoſtoli docuerunt partem affirmatiuá quæſtionis, & poſt eos vniuerſi Pontifices in toto hoc capite.

CAPVT QVINTVM.

Eadem pars affirmatiua oſtenditur ex doctrina Pontificum.

77 Poſt ſcripturas ſacras ſummi ipſi Præſules catholicam poſitionem ſtabiliunt. In primis enim Anacletus, aliâs Cletus, qui præfuit anno 84. hæc habet. a *Statuerunt Apoſtoli iuſſione Saluatoris, vt maiores, & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam, ſupra quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam.*

a Epiſt. 1. d. 22. cap. ſacro ſancti.

Deinde Euariſtus ad annum 96. b *Conſulentibus vobis quid à beatis Apoſtolis traditum, aut cuſtoditum remaneret, hæc reſcribimus: ſiquidem dilectio veſtra normam ſequuta prudentium, ad ſedem Apoſtolicam referre maluit quaſi ad caput, quid deberet de rebus dubijs cuſtodire potiùs, quàm vſurpationis præſumere.*

b Epiſt. 1.

Pars affirmatiua ex Alexandr. I.

78 Tertiò, Alexāder I. circa annū 109. c *Relatū eſt ad huius ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput.*

c Epiſt. 1.

Pars affirmatiua ex Eleutherio.

79 Quartò, Eleutherius ad annum 182. d *Finita Epiſcoporum Iudicia huic deferantur, vt huius ſanctæ ſedis authoritate finiantur, ſicut ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus multorum conſenſu Epiſcoporum iam definitum eſt.*

d Epiſt. ad Galliæ prouincias c. 2.

Pars affirmatiua ex Zepherino

80 Quintò, Zepherinus ad annum Chriſti 198. e *Finis cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec anteà finiatur ſicut ab Apoſtolis vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt.* Et iterum. *Iudicia Epiſcoporum maioreſque Eccleſiæ cauſæ à ſede* Apoſtolica, *& non ab alia, ſicut Apoſtoli, & ſancti eorum ſucceſſores ſtatuerunt cum alijs Epiſcopis, ſunt terminandæ: quia licet in alios transferantur Epiſcopos. Beato tamen Petro dictum eſt: Quæcunque ligaueris ſuper terram.*

e Epiſt. ad Epiſcopos Siciliæ 2. q. 6. cap. ad Romanā.

Pars affirmatiua ex Calixto.

81 Sextò, Calixtus ad annum Chriſti f 218. & refertur à Gratiano noſtro. g *Sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, ſic & voluntatem matris; quæ eſt Eccleſia, cuius caput Romana Eccleſia exiſtit. Quidquid ergo ſine diſcretione iuſta contra huius diſciplinam actum fuerit, ratum haberi nulla ratio permittit.*

f Epiſt. 1.
g d. 12. cap. non decet.

Pars affirmatiua ex Fabiano.

82 Septimò, Fabianus ad annum Chriſti 237. h *Peregrina iudicia ſalua in omnibus authoritate Apoſtolica generali ſanctione prohibemus.*

h Epiſt. 1. ad Hilar. Epiſcopum.

Pars affirmatiua ex Sixt. I

83 Octauò, Sixtus I. ad annum Chriſti 257. i *Apoſtolicæ ſedis diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiarum cauſas, & Epiſcoporum iudicia antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, atque Canonum authoritas referuauit.*

i Epiſt. 1.

Pars affirmatiua ex Felice I.

84 Nonò, Felix I. ad annum Chriſti 270. k *Semper dubia & maiora negotia terminum ab hac ſancta ſede à tempore Apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt, accipere conſueuerunt.*

k Epiſt. 1.

Pars affirmatiua ex Marcello.

85 Decimò, Marcellus I. ad annum Chriſti 304. l *A diſpoſitione Romanæ Eccleſiæ vos deuiare non oportet: ad quam cuncta maiora Eccleſiæ negotia (diuina diſponē te gratia) iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſere principia.*

l Epiſt. 1. ad Epiſcopos Antioch.

Pars affirmatiua ex Melchiade.

86 Melchiades ad annum Chriſti 312. m *Dei ordinatione ordinatum credimus, vt ſemper maiores cauſæ ad vnum beati Petri ſedem confluerent, vt inde ſuſcipiant finē pan.*

m Ad Epiſc. Hiſpan.

iudicio-

iudiciorum, inde acceperunt initia inſtitutionum, nequandoque à ſuo diſcreparent capite.

Pars affirmatiua ex Iulio I.

n *Epiſt. ad EpiſcoposOrientales.*
o *Idē epiſt. 2. ad Euſebium.*

87 Duodecimô, Iulius I. circa annum 317. n *Eccleſia Romana* Domino *inſtitutè prima, & caput eſt cæterarum, & ad eam quaſi ad matrem omnes maiores Eccleſiæ cauſæ, & iudicia* Epiſcoporum *recurrant.* Et alibi. o *Præcipiunt canones nihil extra Romanum decerni Pontificem: cui hæc, & maiora* Eccleſiarum *negotia tam à* Chriſto *Domino, quàm ab omnibus vniuerſorum* Conciliorum Patribus *ſpeciali priuilegio tradita ſunt.*

Pars affirmatiua ex Liberio.

p *Epiſt. ad Atha.*

88 Decimoterciò, Liberius ad annum Domini 351. p *Olim & ab initio tantam accepimus à beato* Petro *fiduciam, vt habeamus authoritatem pro vniuerſali Eccleſia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat ſtatutum Eccleſiæ commouere.*

Pars affirmatiua ex Damaſo.

q *Epiſt. 4. ad Stephanum.*

89 Decimoquartô, Damaſus ad annum Chriſti 380. q *Scitis fratres chariſsimi Apoſtolicam ſedem eſſe conſtitutam* Eccleſiarum. *Tu es enim* (*Chriſtus dixit*) *Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Tu *membrorum meorum exiſtis Princeps, & doctor orthodoxæ atque immaculatæ fidei. Cuius vice hodie gratia Dei legatione fungimur. Et omnes huius ſanctæ ſedis* Præſules *eius vices geſſerunt, gerunt, & gerent.*

Pars affirmatiua ex Innocē. II.

r *Epiſt. 2. ad Victritium Rothomagen.*

90 Decimoquintô, Innocentius II. ad annum 406. r *Si maiores cauſæ in medium fuerint deuolutæ, ad ſedem Apoſtolicam (ſicut ſynodus ſtatuit, & ſancta conſuetudo exigit) poſt iudicium* Epiſcopale *referantur.*

Pars affirmatiua ex Hilario.

s *Epiſt. 3. ad Aſcanium* Epiſcopū.

91 Decimoſextò, Hilarius circa annum 461. s *Diuinæ circa nos gratiæ memores eſſe debemus, qui nos ad ſacerdotale faſtigium prouexit, vt in quadā ſacerdotij eius ſpecula conſtituti prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus.*

Pars affirmatiua ex Gelaſio.

t *Epiſt. 2. ad Epiſcopos* Dardaniæ.
v *9. q. 3. cap. cuncta.*

92 Decimoſeptimò, Gelaſius t ad annum 492. & refertur à Gratiano noſtro. v *Cunctis per mundum nouit Eccleſia, quoniam ſedes beati* Petri *ius habeat reſoluendi, vtpotè quæ de omni* Eccleſia *fas habet iudicandi, neque quemquam liceat de eius iudicare iudicio.*

x *Epiſt. ad* Euthe*rium* Epiſcopum.

93 Decimooctauô, Vigilius ad annum Chriſti 546. x *Nulli dubium eſt, quod* Eccleſia *Romana fundamentum, & forma ſit* Eccleſiarum*, ad quam propterea maiores* Eccleſiarum *quæſtiones tamquam ad caput referendæ ſunt.*

Pars affirmatiua ex Vigilio.

y *Lib. 4. regiſt. epiſt. 52. ad EpiſcoporGalliæ.*
z *d. 12 cap. Præceptis.*

94 Decimononô, Gregorius Magnus ad annum 590. y *Si quam verò contentionem de fidei cauſa euenire contigerit, aut negotium emerſerit, cuius vehementer fortè dubietas, & pro ſui magnitudine iudicio ſedis Apoſtolicæ indigeat, examinata diligentius veritate relatione ſua ad noſtram ſtudeat perducere notitiam, quatenus à nobis valeat congrua, ſine dubio ſententia terminari.* Et alibi, vtiq; apud Gratianum noſtrum. z Nulli *dubium ſit, quod ſanctæ religionis relatio ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad caput Eccleſiarum referri debet, & inde normam ſumere, vnde ſumpſit exordium. Si quis hæc* Apoſtolicæ *ſedis præcepta non obſeruauerit, præcepti honoris hoſtis eſſe non dubitetur.*

Pars affirmatiua ex Gregorio Magno.

a *Relatus à Gratian. 17. q. 4. cap. nemini.*

95 Vigeſimò, Nicolaus Papa a ad annum 858. & refertur à Gratiano noſtro. *Nemini licitum eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare præmiſſam: videlicet propter* Romanæ Eccleſiæ *primatum* Chriſti *munere in* Petro *Apoſtolo diuinitus collocatum.*

Pars affirmatiua ex Nicolao.

b *Tom. 1. theſauri catholici lib. 7 de Hierarch. Eccleſiæ a. 7.*

Sexcenta alia huius omnino texturæ poſſem congerere teſtimonia: quorum pleraque Iodoccus Coccius b officioſo nobis labore congeſsit; ſed lubens ſuperſedeo ab illis, ne rei indubitatæ prolixitas faſtidium pariter, ac ſtomachum generet. Satis nobis ſit ſcire perpetua Pontificum ſerie perpetuiſque id proteſtatum eſſe reſcriptis.

Obijcitur contra præcta.

c *Ioan. 5. 31.*

96 Si autem obijcias quæ protrita fronte obijciunt aduerſarij, vtique neminem in ſua cauſa eſſe idoneum teſtem, iuxta illud: c *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* Et iuxta legum ſanctiones & canones, quibus tertio quoque verbo indicitur: *Pars non debet eſſe iudex.*

Eluitur obiectio

97. Reſp. in primis id non habere locum in ſupremo Principe, alias impunè

punè poſſet quis in illum incurrere, & eius authoritatem negare, aut falſi criminis accuſare illum, eo nixus prætextu quod pars non poteſt eſſe iudex; & proinde, nec per ſe, nec per alios cauſam illam dirimere. Summi autem Pōtifices ſupremi in hac cauſa Principes ſunt.

Deinde adhuc in iudicibus particularibus docent Iuriſconſulti exceptionem competentiæ coram eo iudice, qui dedignatur, debere opponi & probari: illumque ipſum deſuper cognoſcere: & ſi exiſtimet ſuam iuriſdictionem eſſe fundatam, ſeſe tali exceptione non obſtante competentem pronunciare: quia non indubium vocatur cauſa priuata, & propria talis iudicis, ſed publica communitatis cuius vice iudex fungitur.

CAPVT SEXTVM.

Eadem affirmatiua pars Principum, Regum, & Imperatorum præſidijs roboratur.

Pars affirmatiua ex Philippo & Conſtã. Imperatoribus.

98 IPſi ſeculares Principes eandem agnouerunt ſemper, ac reueriti ſunt in Pontifice poteſtatem. In primis Philippus I. ex Chriſtianis Imperator ad annum Chriſti 248. omnino ſe iudicio ſubdidit Fabiani, qui eum ab ingreſſu Eccleſiæ priuauerat, donec peccata ſua ſalutari pœnitentia dilueret, vt referunt Euſebius *a* & Nicephorus Calixtus. *b*

Secundò Conſtantinus Imperator ad annum Chriſti 320. ſic ad Syluestrum Pontificem. *Sicut beatus Petrus Vicarius filij Dei videtur conſtitutus, etiam Pontifices qui ſucceſſores eius ſunt, principatus poteſtatem amplius quàm Imperialis noſtra manſuetudo habere videntur.* Vnde teſte Euſebio *c* non priùs aſſedit in Concilio Nicæno quàm annuiſſet, vt ſederent Epiſcopi, vtique tamquam legitimi illius conſeſſus Præſides & Præfecti.

Pars affirmatiua ex Gratia. & Valent. Imper.

99 Tertiò Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Imperatores. *d Cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione ſeruari, quam diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat; quamque Pontificem Damaſum ſequi claret.*

Quartò Valentinianus III. ad annum 450. *e Cum veniſſem ad vrbem Romam rogatus ſum à Romano Epiſcopo, & alijs ſcribere veſtræ manſuetudini de fide, quam nos à noſtris maioribus traditam debemus defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Petro Apoſtolo conſeruare, quatenus Romæ ciuitatis Epiſcopus locum habeat, & authoritatem de fide, & Sacerdotibus iudicare.*

Pars affirmatiua ex Martia. & Iuſtin. Imper.

100 Quintò Valentinianus & Martianus anno 450. *Omni impio errore ſublato per celebrandam ſynodum, te authore pax fidei catholicæ fiat.*

Sextò Martianus Imperator ad annum 450. *g Si placuerit tuæ beatitudini in has partes aduenire, & ſynodum celebrare, noſtris deſiderijs veſtra ſanctitas ſatisfaciet & ſacræ religioni, quæ vtilia ſunt decernet. Si verò hoc generoſum eſt, hoc ipſum literis ſuis nobis tua ſanctitas manifeſtet, vt ad quendam definitum locum omnes Epiſcopi conuenire debeant, & quæ catholicæ fidei proſint, ſicut tua ſanctitas definierit declarent.*

Septimò Iuſtinianus Imperator *h* ad annum Chriſti 530. *Semper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem Apoſtolicæ ſedis cuſtodire, quæ hactenus obtinet & incommota permanet nulla intercedente contrarietate.* Et mox. *Non patimur quicquam; quod ad Eccleſiæ ſtatum pertinet; quamuis manifeſtum & indubitatum ſit, quod non veſtræ ſanctitati innoteſcat, quæ caput eſt omnium ſanctarum Eccleſiarum. Per omnia enim properamus honorem, & authoritatem creſcere veſtræ ſedis.*

a *Lib. 6. cap. 27*
b *Lib. 5. cap. 15.*
c *Lib. 3. de vita Conſtantini.*
d *Relati. cap. de ſumma Trinitate & fide Catholica.*
e *Epiſt. ad Theodoſ. Imp. quæ extat in Concilio Calcedonenſi.*
f *Epiſt. ad Leonem Papam.*
g *Epiſt. ad Leonem Papam.*
h *Epiſt. ad Ioannem Papam cap. de ſumma Trinitate & fide Catholica.*
i *Epiſt. ad Donū Papam.*

i *Epiſt. ad Donũ Papam.*

Pars affirmatiua, ex Cõſtant. 4. & ex Carolo ac Ludouico Imperat.

101 Octauò Conſtantinus IIII. Imperator anno Chriſti 678. i epiſtola ad Donum Papam. *Poſtquam tempus recepit perfectam congregationem fieri adhortamur veſtram beatitudinem dirigere viros vtiles modeſtam notitiam habẽtes totius à Deo reuelatæ doctrinæ & peritiam irreprehenſibilem dogmatum, indutos perſonam veſtræ Apoſtolicæ ſedis, eiuſque Concilij.*

k *Lib. 7. legum Franciæ cap. 235*

l *Epiſt. ad Euge. Papam.*

Nonò Carolus Magnus anno 780. k *Placuit vt ſi Epiſcopus accuſatus appellauerit ad Romanum Pontificem, id ſtatuendum quod ipſe cenſuerit.*

Decimò Ludouicus & Lotharius Imperatores l ad annum Chriſti 816. *Veraciter nos debitores eſſe cognoſcimus, vt his quibus regimen Eccleſiarum, & ouium Dominicarum cura commiſſa, in omnibus cauſis ad diuinum cultum pertinentibus opem, atque auxilium feramus.*

Similia ſimiles faſsi, ac profeſsi leguntur, apud Iodoccum Coccium. Sed ego plura referre operæpretium nõduxi. Nam qui his detraheret fidem, omnibus detraheret.

CAPVT SEPTIMVM

Eadem affirmatiua pars probatur authoritate Sanctorum.

Pars affirmatiua ex Cyril. Hieroſol.

a *Apud D. Tho. opuſc. de erroribus Græcorum.*

b *Apud eundem D. Thom. ibidem.*

102 SAncti etiam Patres quid non de re iſta ſenſerunt? Locupletiſsimos enim noſtræ affirmatiuæ partis adſtipulatores inuenimus. Etenim Cyrillus a Patriarcha Hieroſolymitanus apud Diuum Thomam ait ex perſona Chriſti ad Petrum. *Tu cum fine, & ego ſine fine, cum omnibus quos loco tui ponam, plenè & perfectè ſacramento, & authoritate cum eis ero, ſicut ſum & tecum.* Et apud eundem D. Thomam Cyrillus Alexandrinus ait, b *Quod Apoſtoli in Euangelijs, & epiſtolis affirmarunt in omni doctrina Petrum eſſe loco Dei.* Et rurſum. *Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quærere quid credere, & quid tenere debeamus.*

c *Ibi.*

Pars affirmatiua ex Maximo.

103 Item ipſe D. Thomas eodem loco ſubijcit. c *Maximus in Epiſtola Orientalibus directa dicit, omnes fines orbis qui Dominum ſyncere receperunt, & vbique terrarum catholicè veram fidem confitentes in Eccleſiam Romanam, tamquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen catholicæ, & Apoſtolicæ fidei recipiunt.*

d *Idem ibidem.*

Rationem autem huius annectit ipſe D. Thomas inquiens. d *Nec immeritò. Nam primus Petrus legitur veram fidem eſſe confeſſus, Domino reuelante, cum dixit Matth. 16. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Vnde & eidem Dominus dixit:* Ego pro te rogaui Petre, *vt non deficiat fides tua.*

e *Epiſt. ad Solitarios.*

f *Lib. 4. hiſtor. trip. cap. 16.*

g *Epiſt. ad Rom. Pontif.*

Pars affirmatiua ex Athan. Baſil. & Theod.

104 Athanaſius e præterea literis conſignatũ reliquit, Romanam ſedẽ eſſe Apoſtolicam, & poteſtatum culmen. Quod etiam Arriani confeſsi leguntur apud Sozomenum. f

Baſilius epiſtola data Sabino Diacono. g *Re vera dignum eſt illa excellentiſſima voce qua te beatum prædicauit, quod pietati tuæ donatum à Domino eſt, ſcilicet, vt quod adulterinum eſt à legitimo & puro diſcernas, ac fidem Petri ſine ſubtractione vlla prædices.*

h *Epiſt. ad Leonẽ Pontif.*

Theodoretus, h *Si Paulus prædicator veritatis ad Petrum accurrit, vt his qui Antiochiæ de viuendo ſecundum legem Moyſis diſceptabant, quæſtionem expeditam & ſolutam ab eo auferret, multò magis nos, qui puſilli ſumus ad ſolium Apoſtolicum accurremus, vt a vobis medicinam vlceribus noſtris feramus, ſiquidem vobis conuenit in omnibus rebus primas tenere.*

i *Lib. de præſcr.*

Pars affirmatiua ex Tertulian. & Cypria.

105 Tertul. i Romanam ſedem primam dicit, & ſucceſsiſſe beato Petro, eamque præcipuam & ad illam ſolũ modo reccurrendũ eſſe in dubijs fidei.

Et

Et alibi repetit idem. K Circa quæ Rhenanus citatus à Pamelio. l *Attende ſummam Romani Pontificis authoritatem, etiam illis temporibus, dum aliquid recipit aut damnat.*

K Idem lib. contra Prax. cap. 2. num. 7.
l Ibi 50.

Diuus item Cyprianus. m *Neque enim hæreſes aliunde obortæ ſunt, aut nata ſchiſmata, quam inde quod Sacerdoti* Dei (loquitur de Romano Pontifice) *non obtemperatur; nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum Sacerdotum collegium quidquam moueret; nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt Epiſcoporum conſenſum, iudicem ſe Dei faceret.*

m Epiſ. 55. alias lib. 1. epiſt. 3.

Pars affirmatiua ex Hieron. & Amb.

106 Hieronymus inſuper de nomine hypoſtaſis ait: n *Obteſtor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi ſalutem, per omouſion Trinitatem, vt mihi epiſtolis tuis, ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon detur authoritas.*

n Epiſt. ad Damaſum Rom. Pont.

Ambroſius etiam non fruſtra dictum putat Petro o *Duc in altum*, hoc eſt, in profundum diſputationum, vtique tamquam qui myſteriorum abſtruſa debebat patefacere arcana, & vniuerſali Eccleſiæ illa penitus aperire. Quare & ipſe abſcidit auriculam ſerui gladio materiali, in miſterium (ait Ambroſius p) quod ſpiritali gladio male audientium aures amputaturus erat.

o Luc. 5. 4.
p Lib. 9. in Lucam cap. 95.

Pars affirmatiua ex Auguſt. Caſſiodor. Beda. & Bonifac.

107 Auguſtinus. q *Si Eccleſiæ Præſidentem beatum Innocentium audire voluiſſes, iam periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Africanis reſpondere Concilijs, niſi quod antiquitus Apoſtolica ſedes, & Romana tenet?*

q Lib. 1. contra Iulian. cap. 4.

Caſſiodorus ad Ioannem Papam. r *Vos ſpeculatores Chriſtiano populo præſidetis: vos patris nomine vniuerſa diligitis. Securitas ergo plebis ad veſtram reſpicit formam.* Et mox. *Sum quidem Iudex Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus.*

r Li. 11. Epiſt. 2.

Beda in hiſtoria Anglicana. ſ *Si tu, Colmane, & ſocij tui audita decreta ſedis Apoſtolicæ ſequi contemnitis, abſque vlla dubietate peccatis.*

ſ Li. 3. hiſt. Anglicanæ cap. 25.

Bonifacius Epiſcopus Moguntinus. t *Ante veſtigia veſtra geniculantes ſubnixè flagitamus precibus, vt ſicut prædeceſſorum veſtrorum pro authoritate ſancti Petri pietatis ſerui deuoti & ſubditi diſcipuli fuimus, ſic & ſerui obedientes, ſubditi ſub iure canonico fieri mereamur.*

t Epiſt. ad Zach. Papam.

Pars affirmatiua ex Rabano & Bern.

Rabanus Maurus noſter. v *Ideò Petrus ſpecialiter claues regni cælorum accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quod quicumque ab vnitate fidei, vel ſocietatis illius quolibet modo ſeipſos ſegregant, tales nec vinculis peccatorum abſolui nec ianuam poſſe ingredi regni cæleſtis.*

v Ad c. 16. Matthei.

Bernardus x *Mater & magiſtra Eccleſiarum omnium* Eccleſia Romana *eſt, cui dictum eſt, Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Et alibi. y *Oportet ad veſtrum referre Apoſtolatum pericula quæque, & ſcandala emergentia in regno Dei, ac præſertim, quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potiſſimum reſarcire damna fidei, vbi non poteſt fides ſentire defectum.*

x Serm. de Ioan. Baptiſt.
y Idem epiſt. 190. ad Innocen. ca. 2.

Etiam his poſſem aliorum Patrum elogia plura ſubijcere adſtipulantia nobis, noſtræque poſitioni catholicæ: verùm qui his non acquieuerint, nullis acquieſcent: z vtpotè faſcinati iam veritati non obedire.

z Ad Gal. 3. v. 1.

Digitized by Google

CAPVT OCTAVVM.

Ratione oſtenditur hæc pars affirmatiua.

209 RAtionibus iam pars iſta perſtringēda eſt Prior autem ſit, quod vt omnes id ipſum dicamus, & non ſint ſchiſmata inter nos, iuxta decretum Pauli, *a* opus omnino eſt, vt controuerſiarum (paſsim in Eccleſia occurrentium) exactiſsimus aliquis iudex præficiatur peremptor, cui omnes (ſi opus fuerit) vinctas volentes, vel nolentes manus, & capita demus: aliâs tot erunt ſententiæ, quot capita, & impunè quiſque ſui exiſtimationē certā iactabit & mordicus illi adhærebit; vt patet in vniuerſis, quæ in omni foro agitantur cauſis vſque ad ſupremam ſupremi iudicis deciſionem. Sed hic ſupremus Iudex nō poteſt eſſe aliqua priuata perſona, etiāſi polleat ſydereo interpretandi dono, vt patet ex ſupradictis *b* vtpotè quæ publica in hoc authoritate non viget. Nec poteſt eſſe vniuerſalis Eccleſia, vt patet ex tractatu Eccleſiæ, *c* vtpotè quæ tota cogi, colligive in vnum non poteſt, vt ſic pronunciare valeat. Nec poteſt eſſe Concilium etiam generale ante approbationem Pontificis, vt patet ex his, quæ diximus in tractatu de Concilijs, vtpotê quod adhuc deſideratur capitis diffinitiuum ſuffragium. Nec poteſt eſſe ipſamet ſacra Scriptura, nec traditiones ſacræ, vt patet ex his, quæ diximus in illarum tractatibus dubijs vltimis: vtique quoniam licèt ſint regula, & norma adæquata per quam res fidei finiendæ, decernendæque ſunt; non tamen eſſe poſſunt Iudex perſpicuè dirimens, & citra dubitationis prætextum abſoluens illas, magis quàm canones ſacri, vel Imperiales leges, Eccleſiaſticæ etiam, aut politicæ citra ſententiam iudicis valent litigia finire, etiamſi iura ipſa luculentiſsima ſint: quoniam aduerſæ partes aduerſas illis interpretationes comminiſcuntur, & ſic conſpicuum ſolem non leui caligine obducunt, & tenebroſum reddunt. A ſufficienti igitur partium enumeratione relinquitur, quod talis ſupremus iudex ſit primus, ſupremusque Eccleſiæ Romanæ Pontifex: vtpotè in quem vnum confluunt omnes ſupremi & ordinarij iudices legitimæ conditiones, de quibus ſatis ac ſuper in tractatu de ſacra Scriptura, *d* & in tractatu de traditionibus. *e*

a 1.Cor.1.§10.
b Ca.3.teſtim.4.
c Dub.vlt.c.vlt.
d Dub.16.c.6.
e Dub.vlt.

Ratione oſtenditur pars affirmatiua.

Iudicis legalis partes.

111 Sanè vna ex conditionibus iſtis eſt, vt ſit perſona, quæ poſsit adiri, videri, & audiri ab vtroque collitigante, & eius ſententia ſic percipi, vt neq̄ue per proteruiam poſsit in dubium vocari quænam partium per illam victrix, aut quæ victa migrauerit, vt per ſe notum eſt. Defectum autem huius conditionis nulli, vel ſcripti, vel ab ore in os traditi canones ſacri Apoſtolici, aut Pontificij poſſunt iudicis rationem habere magis quàm ipſa regnorum politica iura ſanctiones & leges. Quapropter in omni benè inſtituta republica præter ſanctiones, & leges præficiuntur iudices, qui iuxta eas iudicent, cauſasque decernant. Quod autem Romanus Pontifex hac conditione niteat, cuinam dubium eſt?

Iudex debet audiri & audire.

112 Altera ex prædictis conditionibus eſt, vt ab iſtiuſmodi ſententia iudicis non liceat ad alterum prouocare, ne detur (quod dici ſolet) proceſſus in infinitum, & interminabiles fiant cauſæ, quæ vt terminum habeant iudiciū ſummi magiſtratus exquirunt. Quare in ſupremo ſemper, magiſtratu requiritur vis, quæ dicitur coactiua, ad ſic vel minis, vel pœnis adſtringendos rebelles, qui definitiuæ ſententiæ colla ſubmittere detrectauerint, & ora continere noluerint. Quod autem hoc in Romano reſplendeat Pontifice perpe

Cōditio iudicis ſummi.

tua

tua Eccleſiæ praxi comprobatum eſt: ab eius ſiquidem diſfinitiua ſenten-
tia prouocatio hactenus audita non fuit, refractarij autem graui ſemper ani
maduerſione puniti.

Diluitur argumẽtum aduerſariorum.

113 Neque obeſt, quod in aduerſum aduerſarij obijciunt, vtique Chri-
ſtum Dominum dicentem: *f Reges eorum dominantur eos, & qui poteſtatem* f Luc. 22. 25.
habent ſuper eos benefici vocantur, vos autem non ſic. Et Petrum. *g Paſcite* Marc. 10. 42.
qui in vobis eſt gregem Dei; prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè. Non in- g 1. Pet. c. 5. v. 2
quam obeſt: quoniam hæc non pugnant cum authoritate coactiua etiam
exteriori Pontificis, cum ſcriptum ob rebelles ſit: *h Reges eos in virga* h Pſalm. 2. 9.
ferrea. Et iterum. *i Maleficos non patiaris iubere ſuper terram*. Et alibi. *k Honor* i Exo. 22. 18.
Regis iudicium diligit. Sed pugnant cum violenta ac ſuperba tyrannide K Pſal. 95. 7.
præfectorum, quibus minus in corde eſt amari à ſubditis quàm timeri. Cu
ius tamen oppoſitum omnia iura ſuadent. *Principi* enim (de ſententia om-
nium) magis ſtudendum & enitendum eſt amari, quàm timeri. Timor enim
ad modicũ vtilis eſt, amor autẽ ad omnia valet. Vnde Chriſtus Ioan. 14. *Qui* Ioan. 14. v. 23.
diligit me, ſermones meos ſeruabit.

In Eccleſia eſt vis coactiua cõtra rebelles

114 Inde Paulus blaſphemum Sathanæ tradidit; vt blaſphemare
dediſceret. *l* Et durioribus verbis, ac probrijs Galathas laceſſiuit, l 1. ad Tim. 1. v.
inquiens. *m O Inſenſati Galathæ*. Et capite primo aduerſus eoſdem vouit. *n* 20.
Vtinam abſcindantur qui vos conturbant. Et Petrus Ananiam & Zaphi- m Galat. 3. v. 1.
ram morte mulctauit, *o* & Ioannes *p* interdicit catholicis hoſpicio n Galath. 1. 12
recipere eos, qui aliam quàm orthodoxam doctrinam profitentur: & o Actor. 5. 4.
ſubdidit: *Nec Aue eis dixeris*. Imò Chriſtus ipſe mitis admodum, atque p 1. Ioan. 2. 10.
manſuetus externam non ſemel vim, & coactionem adhibuit, vtique
quoniam ſemel, & iterum flagello eiecit de templo vendentes, & e-
mentes & numulariorum menſas, cathedraſque euertit. *q* Et quando q Ioan 2. v. 15.
diſturbauit, in terramque prouoluit milites ad eius perſequutionem, & Matth. 21. 12
& comprehenſionem directos. *r* Et quando conuerſurus Saulum prius r Ioan. 19.
eum humi ſtrauit, ac velut præcipitem dedit. *s* Nonnunquam etiam alios s Actor. 9. 4.
verbis lacerauit durioribus, vtique *t Generatio praua & adultera*. Et iterum: *v* t Matt. 12. v. 39
O ſtulti & tardi corde ad credendum. Et alibi *x* inuexit parabolam de homine, qui & 16. v. 4.
fecit cœnam magnam, ad quam cum inuitati venire noluiſſent, præcepit v Luc. 24. 25.
ſeruo ſuo: *y Exi in vias & ſæpes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea*. x Luc. 14.

In veteri lege fuit vnus ſupremus Iudex.

115 Deinde in veteri lege præfixus, & conſtitutus fuit vnicus ſu- y Verſ. 23.
premus iudex, qui dubia exorta diſſolueret, & controuerſias diri-
meret, vt patet de Moyſe dicente, *z Venit ad me populus quærens ſententiam* z Exod. 18. 15.
Dei; cumque acciderit eis aliqua diſceptatio veniunt ad me, vt iudicem inter eos, &
oſtendant præcepta Dei & leges eius. Et alibi. *a Si difficile aliquid & ambi-* a Leuit. 17. 7.
guum apud te eſſe perſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam,
lepram & lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari; ſurge & aſcen-
de ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus; venieſque ad Sacerdotes Leuitici
generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt
tibi iudicij veritatem: & faci quæcunquè dixerint.

Et quidem ſupremus iſte, ac potiſſimus iudex, ſic coerciua, ac rigida au- b Deut. 17. 12.
thoritate vigebat, vt illicò ſubijciatur. *b Qui autem ſuperbierit, nolens obedi-*
re Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino *Deo tuo, decreta iudi-*
cis moriatur homo ille, & auferes malum de Iſrael. Et alibi. *c* Propheta *fictor ſom* c Deut. 13. 5.
niorum interficiatur. Et mox. *Auferes malum de medio tui.*

A fortiori oſtenditur pars affirmatiua.

116 Cum igitur Chriſtiana reſpublica, vtique vniuerſalis Eccleſia, nõ mi-
nus, ſed longè melius inſtituta ſit, nec minores quæſtiones in illa: ſed grauio
res potius occurrant, quibus maturè ſuccurrere neceſſum eſt, conſe-
quens omnino ſit, vt ex propria inſtitutione ſortiatur ſupremum aliquem
diffinitorem, ac iudicem controuerſiarum iſtarum authenticum per-
emptorem: & refractariorum punitorem æquiſſimum. Etiam per

8888 3 flammam

Digitized by Google

flamam & ferrum, ſi opus fuerit, vt ſic tranquillitati, & paci conſulatur fidelium, & omnes in his, quæ ſunt fidei, atque religionis vno loquantur labio, & vna moueantur mente.

Demum negari non poteſt, aut in dubium vergi, quod vniuerſalis Eccleſia aliquo vigeat iudice viſibili, & ordinario pro componendis litibus grauioribus occurrentibus. At is non poteſt eſſe laicus, vel *Eccleſiaſticus* aliquis publica & vniuerſali authoritate deſtitutus: aliàs quid ponderis haberent deciſiones illius? aut etiam quo iure valeret aliquos damnare, & abſoluere? Ergo neceſſum eſt, quod ſit Romanus *Pontifex*: ſiquidem in hoc vno vnicè reſplendet publica & vniuerſalis authoritas, vtpotè caput & paſtor vniuerſalis Eccleſiæ. Quare ſicut in omni republica ille ſupremi iudicis locum obtinet, qui cæteris præeſt: ſic in Eccleſiaſtica, cuius cum ſuprema authoritas cæleſtis planè ac ſuper naturam ſit, neceſſum omnino eſt præteruolare Regias, politicaſque laicorum, etiam Imperatorum præfecturas, vtpotè ab hominibus, atque de conſenſu, & decreto hominum inſtitutas, ſtabilitas, & ratas, iure gentium introductas. Et proinde laicos omnes ab huiuſmodi gradu exulare, infinitèque diſsitos eſſe, & ideò ad Romanum Pontificem in ſolidum pertinere: nam alij priuata dumtaxat, non autem vniuerſali, & communi authoritate præfulgent.

117 Rom. Pō tif. controuerſ. diffinitor.

CAPVT NONVM.
Idem oſtenditur ex vſu, & praxi Eccleſiæ.

118 Vnde perpetua praxis Eccleſiæ manauit conſulendi Romanum Pontificem pro deciſione grauiorum dubiorum emergentium. Etenim primo ſeculo, ſeu Centuria prima orta quæſtio de obſeruatione legalium in Concilio Apoſtolorũ cui Petrus præfuit, *a* definita eſt.

a *Actor.* 15. 19.

Petrus & Vrbanus *Pon*tifex cō trouerſias de religione dirimerunt.

Secundo ſeculo excitatum dubium de celebratione Paſchatis, an ſcilicet 14. Lunæ menſis Martij, quocunque die incideret peragenda eſſet, vt moris apud Iudæos, atque iuris erat; vel neceſſariò in Dominicam diem, ob reſurrectionis honorem, aliaſque cauſas reijciendas: quibuſdam aientibus, quibuſdam verò negantibus, tandem ad Victorium Pontificem res delata eſt, & ab illo authenticè definita, vtique Paſcha ſemper Dominica die recolendum; iuxta quæ habet Euſebius. *b*

b *Lib. 5. cap.* 23. & 34.

119 Tertio ſeculo exortum dubium de abſoluendis lapſis poſt baptiſmum affirmatiuè contra Nouatianos diffinitum eſt à Cornelio Papa in Concilio Romæ ad id coacto, vt habet idem Euſebius. *c*

c *Idē li. 6. c.* 33.

Quarto ſeculo Arriana hæreſis, negans conſubſtantialitatem Patris & Filij, damnata inuenitur per Cōcilium Nicænum, cui Legati Sylueſtri Summi Pontificis, vtique Vito, Vincentius, & Hoſius præfuerunt; vt patet ex actis eiuſdem Concilij & ex Theodoreto. *d*

d *Lib.* 1. *hiſt. Eccleſiaſt.*

Quinto ſeculo Neſtorij fœde peſsimus error de pluralitate diuinarum perſonarum Chriſti damnatus habetur in Concilio primo Epheſino. Cui Cyrillus præfuit nomine Cæleſtini Pontificis, vt patet ex actis eiuſdem Cō cilij, & ex Euagrio. *e*

e *Lib. 1. c.* 4.

Cornelius, Syluester, Cæleſtinus & Vigilius fidei controuerſias dirimerunt.

Sexto ſeculo ſublati ſunt errores Origeniſtarum, & Theodori Mopſueſtenſis & aliorum per ſanctam ſynodum generalem, id eſt, per Concilium quintum generale, vtique per Conſtantinopol. II. ſub Vigilio Pontifice, qui etiam primò approbauit illum, apud *Baronium*, *f* ſecundo verò Pellagius apud *Baron.* eundem. *g*

f *Anno* Chriſti 554. *num.* 4.
g Idem *an.* 555. *num.* 11.

Septimo

Idem Agathon. Adrian⁹ & aliqua Cōcilia.

120 Septimò error Monotelitarum de vna tantùm in Chriſto voluntate damnatum inuenitur per ſextam ſynodum generalem, vtique per Concilium generale Conſtantinopolitanum, tertium ſub Agathone Papa, vt cōſtat ex actis Concilij, & ex Baronio. *h* — h *Idē ad an.* 680

Octauo ſeculo ſeptima ſynodus generalis, hoc eſt, Concilium ſeptimū generale, alias Nicænum ſecundum, ſub Adriano I. atque approbatione illius damnauit Iconomachos, ſeu Iconodaſtas, hoc eſt, ſacrarum imaginum deriſores & hoſtes, vt liquet ex Concilij actis, & Baronio. *i* — i *Ad an.* 787

Nono ſeculo reliquiæ Iconomachorum ſublatæ ſunt per octauum ſynodum generalem, hoc eſt, per octauum Concilium generale, quod fuit Conſtantinopolitanum quartum: vt liquet ex actis Concilij, & ex Gratiano noſtro. K — K *d.* 16. *Canone ſancta.*

Ex quibus octo relatis Concilijs Orientalibus euidentiſsimè conſtat Orientales Eccleſias vni Romano Pontifici, vt potiſsimo controuerſiarum iudici colla ſubiecisse, & illum pro ſupremo vertice obſeruaſſe.

Idē Ioā. 9. Berengari⁹, Innoc. 29. & 39.

121 Decimo ſeculo definitum Romæ legimus per quondam Concilium Romanum ſub Ioanne IX. cuiusnam eſſet imperium, *Berengarij* ne an Lāberti, iuxta Baronium. *l* — l Anno 904. *n.* 2. & 3.

Vndecimo ſeculo errorem Berengarij negātis realem præſentiam corporis Chriſti in Euchariſtia damnauit Leo IX. in Concilio Vercellenſis, & Nicolaus XXIX. in Concilio Romano apud Lanfrancum, & Guimundum, *m* & Baronium. *n* — m *Lib.* 1. *contra Bereng.* — n *Anno* 1050.

Duodecimo ſeculo damnatus legitur ab Innocencio II. Petrus Abailardus o Bernardi, (de quo Bernardus ipſe *p*) eo quod cum loquebatur de Trinitate arrianizaſſet, cum de gratia pellagianizaſſet, & de perſona Chriſti neſtorizaſſet. — o *Epiſt.* 194. — p *Epiſt.* 192.

Decimotercio ſeculo dampnauit Innocentius III. in Concilio Lateranēſi errorem *Ioachimi* Abbatis dicentis in diuinis eſſentiam generare eſſentiam, vt patet ex Trithemio *q* in Cathalogo, & ex Baronio. *r* Ipſe tamen Ioachimus hæreſis labe inuſtus non eſt, quia citra contumaciam errauit, omnia ſua ſemper iudicio Romanæ Eccleſię ſubijciens. — q *An.* 1200. — r *An.* 1164.

Verùm quia Ioachimus iſte fortè ad 12. potiusquā ad 13. ſeculum pertinet, ſit nobis pro ſeculo 13. eiuſdem Innocentij III. in eodem ſimiliter Concilio confutatio Almarici, adeò turpiter cæcutientis, vt diceret beatos non videre Deum in ſe ipſo, ſed in ſuis dumtaxat creaturis, ſicut lumen in äere: & non futuram corporum reſurrectionem, neque paradyſum, neque &c. vt patet ex Genebrardo. *s* — s *In Innoc.* 3.

Idem Clem. 5. Martin. 5. & Pius 4.

122 Decimoquarto ſeculo damnauit Clemens V. in Concilio Vienenſi *Beguardos* turpiter in multis errantes, & præcipuè in eo quod aſſerebant naturam omnem intellectualem eſſe in ſe naturaliter beatam abſque aliquo gratiæ, vel lūminis adminiculo. Item poſſe hominem in hac vita vltimam beatitudinem patriæ ſibi comparare & habere. Sed de his in Clementina. *Ad nostrum, ſtram de hæreticis*, in ſexto.

Omnes ſuborti cōtra religionē errores ſummi ſemper Pontificis authoritate extincti.

Decimoquinto ſeculo Martinus V. præſidens Cōcilio Cauillonenſi dānauit errores Ioānis Vriclef, dicētis materiales ſubſtātias panis, & vini remanere in Euchariſtia poſt conſecrationem, accidentia panis non remanere ſine ſubiecto: Chriſtum non eſſe in Sacramento propria perſona corporaliter: & ſimilia: & Ioannis Hus aientis Eccleſiam eſſe tantum vniuerſitatem prædeſtinatorum, præſcitos autem non eſſe membra Eccleſiæ. Duas naturas diuinam & humanam eſſe vnum Chriſtum, & reliqua apud Onuphrium, *t* & Genebrardum. *v*

Tandem noſtro iſto ſeculo 16. damnati ſunt errores Lutheranorum in Concilio Tridentino à Pio IIII. vt patet ex actis Concilij. — t *An.* 145. — v *In Greg.* 12.

123 Plures imò innumerabiles poſſem computaris centurijs quæſtiones dirutas, erroreſque à Pontificibus recenſere damnatos, quæ tamen

Digitized by Google

faſtidij declinandi cauſa lubens omiſsi; hac vnica obſeruatione contentus, quod hactenus in Eccleſia Catholica nullus ex nouiter inſurgentibus error neceſſario cauendus exiſtimatus eſt, quem prius Romani Præſules errorem eſſe non dixerint, atque ſententia publica authenticè declarauerint;& nullum Romanos Pontifices hucuſque damnaſſe, quem vniuerſalis Eccleſia tanquam peſtillentiſsimum omnibus exacrata non fuerit. Signum euidentiſsimum prorſus, quod vni inter fideles Romano Pontifici defert, & pro controuerſiarum diffinitore, atque peremptore cognoſcit.

Clemens VII. in fœdere, quod inter Franciſcum primum Regem Galliæ, & Henricum Octauum Angliæ factum eſt, Pontifex pacis arbiter eſt adſcriptus. Similiter Paulus III. in fœdere quo Galli, Germanique conciliati ſunt Maſiliæ: & in alio quod inter Philippum longum filium Philippi Pulcri, & Flandros ſancitum eſt, atque ſimilibus. Quoniam ab vltima penè antiquitate ſeruatum eſt, vt à Regibus omnibus Chriſti cultoribus ad Pontificem Romanum prouocaretur, vt ad iudicem ſupremum & arbitrum. Quod & ſtatuitur cauſa ſecunda capite *ad Romanum*, & Hoſtienſis oſtendit.x

x *Cap. cum Ioannes, de fide inſtrument.*

CAPVT DECIMVM.

Reſp. ad argumenta ex ſacra Scriptura petita. Et ad primum & ſecundum explicando ſenſum illorum verborum a Eſai. 54. *Dabo vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis*: & illorum b *Dabo legem meam in cordibus eorum, &c.*

a *Iſai. 54. 13.*

b *Hierem. 31. 33*

124 ARgumentis iam aduerſariorum ſatisfaciendum eſt, & illorum conatibus obſiſtendum. Et vt à duobus primis ordiamur eloquijs, perſpicuum eſt oracula illa de fide Chriſti procedere, vtpotè quæ haberi non valet citra magiſterium diuinum, dicente Chriſto ipſo. c *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum.* Vt autem ſacræ Scripturæ elogijs id comprobaret, ſubiecit noſtrum primum elogium, vtique; *Scriptum eſt in Prophetis, & erunt omnes docibiles Dei*. Id eſt, doctos à Domino, vt eſt apud Eſaiam: Chriſtus enim ſenſum prophetiæ retulit non verba. Subdiditque: *Omnis qui audit à Patre & didicit, venit ad me.* Id eſt, docti à Patre credunt in me. Venire enim ad Chriſtum hìc & infra d & alibi ſæpè idem eſt, quod credere, vt Cyrillus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & omnes notarunt.e

Explicatur locus Ioan. 6. & Eſai. 54. Quo modo Eccleſiæ filij edoceantur à Deo.

c *Ioan. 6. v. 44.*

d V. 52. *apud Ioannem 6.*

e *Chryſoſt. Auguſtinus & interpretes ibi.*

Vnde Chryſoſtomus ſuper Ioannis quem induximus locum. f *Vides fidei dignitatem, quòd non ab hominibus, neque per hominem, ſed per proprium Deum ea imbuendi ſunt.*

125 Idem etiam oſtendit ſecundum elogium, adeò vt Hieronymus exponens primum eo nodo quo nos, ſic ad idem ſubiecerit. g *Erunt omnes docti à Deo. Qui & per Hieremiam loquitur dabo leges meas in mentibus eorum, & ſuper cor eorum ſcribam eas, & nequaquam docebunt ſinguli proximos ſuos, & fratres ſuos, dicentes: Agnoſce Dominum: ſed omnes ſcient me à minimo vſque ad maximum. Vtique omnes illi qui audientes à Patre diſcunt, & ad Chriſtum veniunt.*

Explicatur locus Hieremiæ de lege ſcribenda in cordib⁹.

f *Sup. Ioan. 6. v. 44.*

g *Sup. Eſai 54. v. 19.*

Eſt autem notandum primò, quod Deus aliquando per ſe, aliquando per ſuos nos inſtruit. Per ſe quidem velut cum docuit Petrum æterni filij genera-

Digitized by Google

148 Vnde D. Thomas n commendat ſtudium fidelium, qui in maiorẽ fidei radicationem, & adhæſionem rationibus, & argumentationibus eius veritatem fulciunt, & ſic fultam oſtendunt, & oſtentant. Quod adeò ſacrum eſt, vt ſuo modo ſit Chriſtum ipſum ſanctificare; iuxta quæ Petrus vbi ſupra in Epiſtola dixit, vtique: *Dominum autem Chriſtum ſanctificate, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem, de ea quæ in vobis eſt fides.* Si enim ſecundum Auguſtinum, o & Bernardum, p tunc nomen ſanctificatur Dei, quando ſanctum eſſe arguitur, & oſtenditur: conſequens eſt, tunc etiam ſanctificari à nobis Chriſtum quando fides eius rata, firmaque firmis arietibus roboratur, & illuſtrius proditur.

n 2. 2. q. 2. art. 10
o Lib. 2. de ſerm. Domini in mon. cap. 10.
p Serm. 6. in Quadrag.

Qui publica intra Eccleſiam authoritate non pollent, plenam intrationem doctrinæ fidem non faciunt.

149 Sed numquid propterea ſcripturarum ſolertiſsimi, atque ſagaciſsimi ſufficiunt ſcrutatores ad faciendam publicam, & authenticam fidem in vniuerſa Eccleſia, ſi tamen aliâ publica, & communi authoritate non pollent? ſanè vt peritiores iuris poſſunt apud ſe conferre, an cum Pontificio, aut cum Imperiali congruat ſententia aliqua, quæ tamen rata non exit vſque ad publicam publici magiſtratus promulgationem: ita in præſenti. Rectè igitur inter arguendum reſponſum eſt, iudicium hoc Beroenſium vel Theſſalonicenſium, non deciſionis, ſed comparationis fuiſſe. Ad replicam autem reſpondetur rem ita ſe habere, quod quilibet priuatus fidelis (modo non ſe ingerat temere in tali ſcrutatione, quod dixerim propter ineptos) in iſtis collatiuis iudicijs trito, ſalubriterque ſe poteſt exercere, non tamen in deciſiuis, quæ tantum authoritatem publicam Eccleſiæ concernunt.

Fidei Prophetia nõ eſt comes.

150 Nono teſtimonio iam occurrendum eſt, & dicendum impertinenter prorſus contra noſtram ſententiam induci. Quoniam quouis modo ly Prophetia eo loci ſumatur, id eſt, ſiue pro dono futura prænoſcendi, ſiue pro facultate obſtruſa, & occulta explicandi, falſum omnino eſt, quod fidem comitetur, & quod vnicuique tribuatur ſecundum menſuram fidei: aliàs vel vniuerſi fideles prophetarent, quod dictu abſurdum eſt, vel omnes obſtruſa oracula veriſsimè præſentirent, & panderent, quod etiam falſiſſimum eſt. Saltem quoniam aliâs nullus particularis fidelis poſſet in errorẽ labi, antequam à fide excideret: vtpote quod veræ fidei annexa eſſet vis legitimè, ac verè interpretandi, atque intelligendi ſacra, cum qua errandi periculum non poteſt contigere, nec cohærere.

Non ſufficit lumẽ fidei ad certo diſcernẽda inter fidei dogmata.

151 Ad id autem, quod ex D. Thom. obijcitur, reſpondetur, quod licet omnes fideles habeant lumen fidei ad diſcernendum inter dogmata fidei, at nõ certo & infallibiliter: aliàs erraro in illis quomodò poſſent? Sed habent illud vtcũque, vtique pro modulo fidei, cuius lumen obſcurum eſt, & ænigmaticum. Etenim ſi lumen rationis, quod eſt ſuper nos ſignatum, vt nobis oſtendat bona, a & quod ſuapte natura illuſtre admodum, atque luciſsimum

a Pſal. 4. v. 7.

igitur hîc non voluntas humana, ſed diuina implebatur; ita non humanum, ſed diuinum teſtimonium à Ioanne perhibebatur.

c Ioan. 1. v. 33. Inde Ioannes ipſe dixit: c *Ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto.* Cum igitur eo loci Chriſtus de Ioannis teſtimonio ageret, conſequens fit, vt cõſentaneè diceret: *Ego teſtimonium ab homine non accipio.* Id eſt, teſtimonium humana authoritate præſtitum, ſed diuina, hoc eſt teſtimonium diuinum, quale omnino eſt verbum ab iſtius modi miniſtris Dei literis exaratum, & verbo tenus proditum, quantumcumque humano miniſterio formatum.

d Serm. 43. de verb. Domini. 137 Inde Auguſtinus: d *Martyres nonnè teſtes ſunt Chriſti, vt teſtimonium perhibeant veritati? Si deligenter inſpicimus quando Martyres perhibeant illi teſtimonium, ipſe ſibi perhibet teſtimonium. Ipſe enim habitat in Martyribus, vt teſtimonium perhibeant veritati.* Quod ſi teſtimonium horum à Deo potius quàm ab homine eſt, multo melius teſtimonium Baptiſtæ. Encomiũ pro Martyribus.

138 Sed adhuc aliter reſpondeo ad idem, vtique ly, *Ego teſtimonium ab homine non accipio,* idem eſſe, ac ego teſtimonium hominis in mei commendationem non aſſumo, non aſſero, non vobis infero. Haud ſecus quando de homine iuſto dicitur: e *Qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.* Hoc eſt, opprobrium non obiecit proximis ſuis, nullam eis exprobrationem intulit, aut detulit. Quomodò Chriſtus teſtimonium hominis non accepit?

e Pſal. 14. v. 4.

Hunc autem eſſe germanum huius verbi ſenſum, conſtat ex teſtimonio integro, quod ſic habet: *Vos miſiſtis ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati. Ego autem ab homine teſtimonium non accipio. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea. Ipſa opera, quæ ego facio teſtimonium perhibent de me, quia Pater me miſit. Et qui miſit me Pater teſtimonium perhibet de me.* Hoc eſt. Vos nutu & ſponte veſtra teſtimonium à Ioanne efflagitaſtis de me, & licèt verum ipſe perhibuit teſtimonium; at legatio illa non ductu, aut monito meo facta eſt, vtporè qui numquam ad illum vos reieci, neque ego illum in teſtem aliquando produxi, qui humana ſuffragia in argumentum mei hactenus non protuli, ſed tantum diuina; vtique opera Patris mei, quæ ego perficio ex voto & nutu illius, qui etiam luculentiſsima de me teſtimonia perhibuit.

f Verſ. 31. 139 Sanè cum paulò ante Chriſtus dixiſſet: f *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* Ideſt, non obtinet apud vos veri teſtimonij fidem, authoritatem, & pondus, quamtumuis aliàs irrefragabile ſit, idoneum fideque dignum: vt pateſaceret non propterea cauſam ſuam deſertam deſtitutamque ab omni humana ope, & patrocinio eſſe, ſubiecit g v. 32. *Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me; & ſcio quia verum eſt teſtimoniũ quod perhibuit de me;* vtique Baptiſta, de quo: h *Vos miſiſtis ad Ioannem, & ille teſtimonium perhibuit veritati.* Id eſt, non ego vos miſi ad Ioannem vt de me teſtimonium produceret, ſed vos de veſtra communi ſententia miſiſtis ad eum, & ille de veritate certiores vos reddidit. Teſtimonium ſui non ſemper eſt teſtimoniũ legale.

g Verſ. 32.

h Verſ. 33.

i Verſ. 34. Vt item demonſtraret ſubſidium hoc, atque patrocinium Ioannis, non ſibi pro ſumma & ſacra anchora, & aſylo eſſe, ſubdidit: i *Ego autem teſtimonium ab homine non accipio, ſed hæc dico, vt & vos ſalui ſitis.* Id eſt, tantum abeſt, vt in propriam cauſam teſtimonium de me ipſo perhibeam, quod neque quem promereret hactenus coram vos duxi aut induxi. Imò neque teſtimonium eius quem vos vltro adijſtis, quamtumuis mihi proficuum, & vobis ipſis præſtitum in medium adducerem, aut in mei patrocinium inuexi, ſed omnino in veſtrum commodum veſtræ ſaluti conſulens.

k Verſu. 36. Vt demum aperiret, cur ſic humana teſtimonia tunc, etiam magni Baptiſtæ, præteriret, ſubdidit: k *Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne: opera enim quæ dedit mihi Pater, vt perficiam ea, teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit*

Digitized by Google

miſit me. Et qui miſit me Pater, ipſe teſtimonium perhibet de me. Quaſi diceret: Nullum periculum ſubit cauſa mea, humanis licèt apud vos teſtimonijs deſtituatur, quoniam diuinis abundat. Scripturæ ſiquidem ſacræ tàm legis, quàm Prophetarum Dei teſtimonia ſunt, per quæ Chriſtus (vt Theophilactus notauit) apertè promiſſus, atque inumbratus eſt.

140 Itaque Chriſtus humana tunc tantùm repulit teſtimonia, quando à falſarijs concriminatoribus ſuis aliqualem poterant ſub aliqua rationis ſpecie repulſam pati. Aliâs adeò magni perpendit illa, & in pretio habuit, vt ſuos per vniuerſum Apoſtolos miſerit in teſtimoniũ Gentibus: iuxta quæ habētur, in Matth. *l* & de illis ac de Spiritu ſancto protulerit Ioãnes: *m Ille teſtimoniũ perhibebit de me, & vos teſtimonium perhibebitis de me.* Ac tandem in Actis dixit: *n Eritis mihi teſtes in Hieruſalē, & in omni Samaria, & vſque ad extremũ terræ.* Quod cum non tantùm Apoſtolis, ſed illorum ſucceſſoribus dictum ſit: iuxta quæ Auguſtinus notauit: *o* conſequens eſt, quod humanis vtatur teſtimonijs Chriſtus; & proinde quod ex hac parte authoritas Pontificia non nutet, nec langueat.

Chriſtus magnifecit teſtimonia aliquot humana.

l Mat. 24. 14.
m Ioan. 15. v. 26
n Actor. 1. v. 8.
o Epiſt. 84.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Reſpondetur 6. teſtimonio primi capitis, & explicatur illud: *a Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, vtrùm ex Deo ſit.*

a Ioan. 7. v. 17.

141 SEXTI Teſtimonij contextus cogit nos illum abſque grano ſalis non interpretari: Aliàs voluntas nuda faciendi voluntatem diuinam, ſatis eſſet ad omnem pernoſcendam doctrinam ſacram. Quod tamen dixit nemo, dicet vè. Imô nec dici poteſt, quod ſtudioſus diuinæ voluntatis præſtitor, opportunuſque exequutor, citra ſpecialem omnem reuelationem ſufficiat ad talem notitiam comparandam: ſiquidem ex omnibus, qui ſecundum cor Dei inuenti ſunt ambulare, nullus hactenùs ſignabilis eſt, qui ſatis eam calluerit. Aliàs apud illum omnia definita paterent: cùm tamen ſanctorum plures, imò omnes ab inſuperabili ſcripturarum obſcuritate ſe victos clamauerint, & cębrò pro ſcientiæ plenitudine, & pro latebrarum difficultate (vt cum Tertulliano *b* loquar) Romanam ſedem adierint, vt ex dictis conſtat.

Non ſat eſt vitæ ſanctitas ad plenã doctrinæ intelligẽtiam.

142 Senſus igitur elogij eſt, quem inter arguendum retulimus. Nimirum voluntatis diuinæ conuenientem exequutionem non eſſe adæquatam cauſam, imô neque cauſam per ſe, ſed potius per accidens, vtique remouentem prohibens ad certo internoſcendam doctrinam, quæ ex Deo eſt. Cùm enim peccata obſtent huiuſmodi cognitioni, iuxta illud: *c In maleuolam animam non introibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubdito peccatis*: conſequens eſt, vt impedimentis illis de medio ſublatis, vt per obſequioſos famulatus Dei expelluntur, expeditus maneat, & emergat homo ad talem doctrinam excipiendam.

Quomodô vitæ puritas ad cognitionem cõducat?

b In Apolig. ca. 45.
c Sap. 1. v. 4.

143 Inde Chryſoſtomus *d* hunc locum expendés ſic interpretatur verbum Chriſti, quod in Phariſæos contorſit: *Auferte iram, & inuidiam, & odium, quod in me habetis, & nihil erit quod prohibeat vos cognoſcere, quoniam Dei verba ſunt, quæ ego loquor.* Vtique quoniam hæc obſtabant, quominus Chriſtus agnoſceretur ab illis, eiuſque doctrina pro diuinis oraculis coleretur. Igitur vt de oculis omni labe, & feſtuca purgatis congruenter dicimus quod poſſunt intueri omnia, etiam ſi purificatio illorum tantùm ſit cauſa per accidens, vtique remo-

Peccata obſtãt veritatis cognitioni

d Ho. 48. in Ioã.

Digitized by Google

qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. Non ego vt crederent, ſed potius quia credebant prædicto examini inſudarunt.

Per ſcripturarũ ſcrutiniũ peruenitur ad fidẽ.

147 Sed quidquid ſit de hoc (nam Phariſæos reiecit ad ſcripturas Chriſtus, vt illos credentes faceret; dixit enim: i *Scrutamini ſcripturas. Illæ enim ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me*; & Paulus ipſe crebrò lege, & Prophetis muniebat, quæ ipſe prædicabat; vt oſtenderet verum cohærere vero, iuxta quæ notauit Origenes. k Certè doctrinam nuper, ac nouiter tanquam nouam traditam, & exceptam ad priſcam, vt ad Lydium lapidem diſcutere, & examinare, doctiorum pariter, atq; ſtudioſorum eſt; eritque ſemper, ac fuit: vt ſe (iuxta Petri monitum) paratos reddant, l *Ad ſatis faciendum omnibus rationem poſcentibus de ea, quæ in nobis eſt fides*; per quod certè roborantur in fide; quia aliàs nondum in ea imas, imò illi, qui profundiores radices egerunt. Siquidem vt ex eodem Petro retulit Clemens Romanus: m *Quanto quiſque propenſior eſt in expetenda ratione, tanto firmior eſt in conſeruanda fide.*

i Ioan. 5. v. 39.
k Lib. 3. ſuper ad Roman. cap. 3.
l 1. Petri 3. n. 15.
m Lib. 7. recognit.

Fidei doctrinam explanare quodã modo eſt ſanctificare Chriſtum.

148 Vnde D. Thomas n commendat ſtudium fidelium, qui in maiorẽ fidei radicationem, & adhæſionem rationibus, & argumentationibus eius veritatem fulciunt, & ſic fultam oſtendunt, & oſtentant. Quod adeò ſacrum eſt, vt ſuo modo ſit Chriſtum ipſum ſanctificare; iuxta quæ Petrus vbi ſupra in Epiſtola dixit, vtique: *Dominum autem Chriſtum ſanctificate, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem, de ea quæ in vobis eſt fides.* Si enim ſecundum Auguſtinum, o & Bernardum, p tunc nomen ſanctificatur Dei, quando ſanctum eſſe arguitur, & oſtenditur: conſequens eſt, tunc etiam ſanctificari à nobis Chriſtum quando fides eius rata, firmaque firmis arietibus roboratur, & illuſtrius proditur.

n 2. 2. q. 2. art. 10
o Lib. 2. de ſerm. Domini in mon. cap. 10.
p Serm. 6. in Quadrag.

Qui publica intra Eccleſiam authoritate non pollent, plenam inrationc doctrinæ ſidem non faciunt.

149 Sed numquid propterea ſcripturarum ſolertiſsimi, atque ſagaciſsimi ſufficiunt ſcrutatores ad faciendam publicam, & authenticam fidem in vniuerſa Eccleſia, ſi tamen aliâ publica, & communi authoritate non pollent? ſanè vt peritiores iuris poſſunt apud ſe conferre, an cum Pontificio, aut cum Imperiali congruat ſententia aliqua, quæ tamen rata non exit vſque ad publicam publici magiſtratus promulgationem: ita in præſenti.

Rectè igitur inter arguendum reſponſum eſt, iudicium hoc Beroenſium vel Theſſalonicenſium, non deciſionis, ſed comparationis fuiſſe. Ad replicam autem reſpondetur rem ita ſe habere, quod quilibet priuatus fidelis (modo non ſe ingerat temere in tali ſcrutatione, quod dixerim propter ineptos) in iſtis collatiuis iudicijs trito, ſalubriterque ſe poteſt exercere, non tamen in deciſiuis, quæ tantum authoritatem publicam Eccleſiæ concernunt.

Fidei Prophetia nõ eſt comes.

150 Nono teſtimonio iam occurrendum eſt, & dicendum impertinenter prorſus contra noſtram ſententiam induci. Quoniam quouis modo ly Prophetia eo loci ſumatur, id eſt, ſiue pro dono futura prænoſcendi, ſiue pro facultate obſtruſa, & occulta explicandi, falſum omnino eſt, quod fidem comitetur, & quod vnicuique tribuatur ſecundum menſuram fidei: aliàs vel vniuerſi fideles prophetarent, quod dictu abſurdum eſt, vel omnes obſtruſa oracula veriſsimè præſentirent, & panderent, quod etiam falſiſſimum eſt. Saltem quoniam aliâs nullus particularis fidelis poſſet in errorẽ labi, antequam à fide excideret: vtpote quod veræ fidei annexa eſſet vis legitimè, ac verè interpretandi, atque intelligendi ſacra, cum qua errandi periculum non poteſt contigere, nec cohærere.

Non ſufficit lumẽ fidei ad certo diſcernẽda inter fidei dogmata.

151 Ad id autem, quod ex D. Thom. obijcitur, reſpondetur, quod licet omnes fideles habeant lumen fidei ad diſcernendum inter dogmata fidei, at nõ certo & infallibiliter: aliàs errare in illis quomodò poſſent? Sed habent illud vtcũque, vtique pro modulo fidei, cuius lumen obſcurum eſt, & ænigmaticum. Etenim ſi lumen rationis, quod eſt ſuper nos ſignatum, vt nobis oſtendat bona, a & quod ſuapte natura illuſtre admodum, atque lucidiſſimum

a Pſal. 4. v. 7.

Digitized by Google

mum eſt, adhuc non ſufficit nos docere de omnibus, & inſtruere: ſed vltra illud egemus præceptore, rectore, monitore, & magiſtro, qui etiam in humanis, moralibuſque nos imbuat, & facienda, fugiendaque demoſtret: quanto minus obſcurum fidei lumen ſufficiet abyſus reconditas illas eloquiorum Dei illuſtrare? & de illis nos omnes certiores reddere? Opus ergo nobis eſt aliquo præceptore ac duce, qui illa enodare poſsit, & cunctis expedita facere. Is autem quis præter illum cui diuinitùs dictum eſt: *b Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.*

b *Lucæ* 22.32.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Reſp. reliquis teſtimonijs 1. cap. & explicatur, primò illud Pauli: *a Spiritalis omnia diiudicat.* Secundò illud: *b Spiritus diuidit ſingulis prout vult.* Tertiò illud: *c Omnia probate, & quod melius eſt tenete.* Quartò illud *d Vos eſtis ciues ſanctorum, & demeſtici Dei.*

a 1. *Cor.* 2. v. 15. b 1. *Cor.* 12. v. 11. c 1. *ad Theſ.* 5. 12. d *Ad Epheſ.* 2. 19.

DECIMI Teſtimonij explicatio à diffinitione ſpiritalis hominis petenda eſt. Eam autem Auguſtinus tradit dicens, virum ſpiritualem illum eſſe, *e Qui intelligit puriſsimè, & tota caritate quod intelligit diligit.* Et iure: nam vt D. Thomas *f* obſeruat, portio ſpiritualis hominis duas iſtas potentias circumplectitur, intellectum, ſcilicet & voluntatem: & ideò ſpiritualis ex parte intellectus dicitur ille, qui ſpiritui Dei ſubiectus certiſsime ſpiritalia cognoſcit: quia: *g Spiritus omnia ſcrutatur etiam profunda Dei*; vt ipſemet habet Paulus. Vnde ad Galathas dicitur: *h Vos qui ſpiritales eſtis inſtruite huiuſmodi.* Spiritalis autem ſecundum voluntatem eſt ille, qui flagrat ſpiritu Dei, de quo habemus quod & ignis eſt, & caritatem influit tanquam fructum illius: iuxta illud ad Galathas: *i Fructus autem ſpiritus caritas.* Et ideò illuſtrando intellectum, & rectificando appetitum facit, vt homo rectè de omnibus iudicet, eo quod neque ignorantia, neque praba animi diſpoſitione laborat, vt ſic iudicium peruertat, & proinde iudicium ſubeat. 152 Quis homo ſpiritualis?

e *Lib. de vera religione cap.* 31. f *Super* 1. *à Cor. lect.* 3. g 1. *Cor.* 10. 10. h *Ad Gal.* 6. 1. i *Ad Gal.* 5. 22.

153 Ex his autem vnde locus, quòd ſpiritualis non egeat iudicio poteſtatis publicæ? vt ipſe priuatim iudicans non defluat, aut erret? Numquid ſpiritus docens illum, docet abſtrahendo à regulis, & à doctrinæ medijs, quibus tota Eccleſia eruditur? nimirum *k* per *Sacerdotis labia, quæ cuſtodiunt ſcientiam & legem requirunt ex ore eius; quia angelus Domini exercituum eſt.* Quare in primitiua Eccleſia controuerſiæ de religione agitabantur, diſcutiebantur, & decernebantur, vt ſic vniuerſi fideles (etiam illi, qui primitias ſpiritus habebant) ſcirent quid tenendum, quidve repudiandum eſſet. Spiritus ergo ſpiritalis inſtruit, vt omnia diiudicent, & ipſi à nemine iudicentur, medio tamen viſibili miniſterio ſuperioris curæ, cui Spiritus ſanctus aſsiſtit, atque præſens eſt, propter quod dixerunt Apoſtoli: *l Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* Spiritus per labia Sacerdotum edocet.

k *Malach.* 2. v. 7. l *Actor.* 15. v. 28

154 Sed demus, & concedamus ſpiritales homines interne omnino illuſtrari, diuinituſq; doceri: Numquid vniuerſi fideles ſpirituales ſunt? & non potius multi carnales? & adhuc ex bonis quàm plures, qui animalitatis non minima grauedine torpent? Pro his ſaltim opus eſt aliquo ſupremo iudice, penes quem ſit vis iudicandi, quæ fideles animales non poſſunt. Non omnes fideles ſunt ſpirituales.

Demus denique vniuerſos fideles ſpiritu diſcretionis plenos, rectè, prudenterque diiudicantes omnia, ac de omnibus; numquid priuata illorum, ac particularia iudicia vim obſtringendi alios, & ad ſuam ſententiam pelliciendi habebunt, vt ſic vna ſit fides mentium, & pietas actionum? Sicut hic & demus

Digitized by Google

mus vniuerſos iuris profeſſores in aliquam ſigillatim, ac priuatim conueni-
re ſententiam: nunquid illorum priuata iudicia obtinebunt, vt ante omnem ordinarij iudicis ſententiam aliquis obſtringatur cedere prorſus illi, & ſubmittere caput? Iudicia autem particularium fidelium, nõ eſſe poteſtatis, ſed diſcretionis in confeſſo omnibus eſt. Quare argumenti replica corruit.

Etiã hæretici iactant ſe fideles eſſe.

156 Præterquam quod cum etiam hæreticiſsimi iactent, & vbique blaterẽt ſe admodum fideles eſſe, nullus eſt, qui certo valeat diſcernere oculo quis verè fidelis, atque ſpiritalis ſit, & conſequenter neſcit cui maxime fidendũ. Et ideò oportuit tribunal aliquod viſibile & aſpectabile extrui, cui annexa ſit vis certo definiendi dogmata & obiecta fidei, vt ſic non circunferamur omni vento doctrinæ, nec fluantes ſimus, ſed in fide radicati, & fundati, ſcientes, & vel ipſo digito, & ad oculum demoſtrantes, quæ ab omnibus ſunt credenda, quæ verò deteſtanda, vtpotè viſibiliter edita, & ad ſenſum eructata è cathedra, cui diuinitus indultum eſt neminem vnquam fallere.

Alia eſt ratio de publicis alia de particularibus doctoribus.

157 Ad 11. teſtimonium optimè ibi reſponſum eſt: vtique procedere de priuatis, non autem de publicis doctoribus, & perſonis; illis enim ſua dona impertitur prout vult, iſtis autem prout ſuo muneri expedit, & ita neceſſariũ eſt, vtpotè quod nunquam in neceſſarijs deficit.

Ad replicam autem reſpondetur, ſolutionem iſtam ſatis ex dictis probatã remanere, vtique ex eo quod certi eſſe non poſſumus, quiſnam fidelium ſit ille, cui pro tempore aliquo infudit Deus ſpiritum interpretandi ſcripturas omnes, vel aliquas: ſiquidem nulla id reuelatione proditur, neque experimento patet: vtpotè quod ſæpè doctiores, probatioreſque viri, tàm Latini, quàm Græci in ſuis expoſitionibus diſsident, & toto ſe cœlo retrahunt. Columen ergo aliquod publicum, patenſque erigendum fuit, à quo peteremus reſponſa, & acciperemus, nulli cauillationi ſubiecta.

Satis etiã probata relinquitur ex ipſiſmet verbis textus. Vbi enim nos Latinè habem⁹: *Diuidẽs ſingulis prout vult*; Græce legitur, *Diuidẽs priuatim vnicuiq; ſicut vult. Io*, enim: idia idẽ eſt, ꝙ priuatim. Priuatũ autẽ publico opponitur.

Donum interpretãdi ſcripturas ex Deo eſt.

158 Item ſi ad interpretationem ſermonum (vtique obſcuriorum ſcripturæ) poſuit Deus in Eccleſia interpretes, falſum & abſurdum eſt ſcripturam interpretandam fore priuato cuiuſuis ſpiritu. Quod ſi nec ſpeciales illos interpretes manifeſtauit, vt adire illos, pariterque audire poſſemus; cõſequẽs ſit, oraculum altius præfigendum penes quod authoritas ſit diſcernendi, & iuridicè deliberandi, quænam interpretationes ſacræ germanæ, & legitimæ ſint, quæ verò extortæ, & abſurdæ. Oraculũ autem hoc Romani Præſulis eſt.

Duodecimo teſtimonio prudenter ſatis ex Bellarm. illuſtriſsimo reſpon-
159 ſum eſt, vtique monitum hoc: m *Omnia probate, & quod melius eſt tenete*, ad Præ- m Ad Theſ. 5. 21
fectos, & Prælatos dirigi, penes quos eſt Lydius lapis ad diſcutienda, & examinanda omnia, quæ diſcuſsione indigẽt. Verbum enim Pauli ſic habet: n *Spiri- n 1. Theſ. 5. 19.
tum nolite extinguere: prophetias nolite ſpernere: Omnia probate, & quod melius eſt tenere.* Id eſt, Nolite prohibere quominus quiſque proferat in medio id, quod àb Spiritu ſancto accepit in cõmunẽ vtilitatem de ſcripturarũ interpretatione. Ad quos autẽ (rogo) pertinet prohibere, vel permittere, vt talia diuulgẽtur dona? Nunquid non ad Prælatos, quibus iniunctum eſt munus hoc probandi ſpiritus ſi ex Deo ſint, vt ſic vel in obſequio, vel in deſpectu habeãtur.

Explicatur locus 1. Theſ. 5. 21.

Neq; obeſt, quod Paulus ibi ſermonẽ ad fratres habuerit. Nomine enim fra-
trũ ſubintellexit Præfectos, vt patet ex verbis ipſis, quæ habent: o *Rogamus* o 1. Theſ. 5. 12.
autem vos fratres, corripite inquietos. Onus autem hoc inquietos coercendi, & corripiendi nunquid præpoſitorum non eſt prælatorum, & iudicum?

Non omnes habẽt exercitatos ſenſus ad diſcretionem.

160 Sed admittamus ſermonem hunc, nõ ad ſolos Præfectos dirigi, numquid propterea ad ſingulos, & omnes fideles? & non potius ad Præfectos tantùm, quorum eſt ſolidus cibus, & qui pro conſuetudine habent exercitatos
ſenſus ad diſcretionem boni, & mali, vt ipſe inquit Paulus: p *Alij enim tanquã* p Ad Heb. 5. v. 14.
paruuli expertes ſunt ſermonis iuſtitiæ. Quomodò ergo his cõmitteret diſcretio-
nem bonorum? Maximè dicente ipſo: q *Animalis homo nõ percipit ea, quæ ſunt* q 1. Cor. 2. v. 14.
ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. Animalis autem dicitur,

Digitized by Google

qui tantùm animæ vires ſequitur, tâm in apprehenſione, quàm in appetitione, vtique de diuinis, atque de humanis iudicando, & humanis potiſsimum inhiando cupiditatibus. Cùm ergo Paulus moneat huiuſmodi documenta ſpiritus tradenda non eſſe talibus hominibus; conſequens ſit, vt hic animum non intẽderit committere vniuerſis fidelibus, vt omnia probent, & æqua lãce examinent, vt ſic meliora deligant. Quod ſi non omnibus id cõmittit, ſed ſpiritualibus tantùm; conſequens eſt, vt cum iſti ad ſenſum non pateant, omnium iudiciorum ſuorum per ſemetipſam liqueat, egere aliquo indice irrefragabilis fidei, qui ſeria, & ſana demoſtret. Talis autem Pontifex eſt.

161 Sed age, concedamus protinus vniuerſos hic ad moneri fideles, vt omnia probent. Numquid ad monentur, vt probent abſque debitæ probationis prælo, norma, & adminiculo? Talia autem ſummorũ Pontificum regulæ atque decreta ſunt. Ad hæc ergo vt ad Lydium lapidem examinanda erunt. Nũquid admonentur ſimiliter, vt omnia, quæ rata habentur, reuocentur in dubium, & iam reſolutoriè definita in examen iterum reuocentur? Vel ſic nihil irrefragabiliter poſſet in fide permanere, ſed omnia in horas nutarẽt, & exciderent. Vel potius vt quæ dubia ſunt, & in controuerſiam veniunt, prudenter diſcutiamus, & ſic meliora ſectemur. Hoc autem nec pilum detrahit authoritati Pontificis, apud quem dubiorum pendet vltima reſolutio, licet interim aliæ, & aliæ particularium fidelium probabiliter circunferantur, & pro conſcientia cuiuslibet exequutioni mandentur, quoad vſque extrema proſiliat & erumpat ſententia, cui inflexibiliter adhærendum eſt. Omnia iuxta decreta Põtificum diiudicãda.

162 Vltimum teſtimonium inaniter, atque impertinenter obiectum eſt. Tũ quoniam doctrina Pontificum non ſolùm Apoſtolica eſt, verùm & Apoſtolorum, atque Prophetarum. Nulla enim dogmata ſunt à ſummis Pontificibus edita, niſi ab ipſis Apoſtolorum fõtibus, atque Prophetarum hauſta; vtique ex his, quæ ab eis ſiue per epiſtolã ſiue per ſermonem accepimus. Non enim Romani Pontifices aliquod vel minimum dogma, vel punctum de fide condunt, ſed eructatum â Deo, & medijs Prophetarum, atque Apoſtolorum, vel ſacrorum ſcriptorum oraculis inſtillatum in lucem tanquam Dei verbum, & obiectum diuina fide credendum, & aſſentiendum producunt, ac toti Eccleſiæ proponunt. Tùm quoniam licêt Chriſtus Dominus potiſsimum, ac præſtantiſsimum fulcrum, atque fundamentum ſit, cui moles ſuperincumbit Eccleſiæ: at ſecundaria plura fundamenta habet, vtique illa quæ à Chriſto ſubſtracta ſunt illi; ne æternum concidat. Iſta autem Apoſtoli ſunt, & Apoſtolorum ſucceſſores. Maximè maximi Apoſtoli, vtique Petri, qui Petra eſt, quã non vincunt ſuperbæ infernorum portæ. Macte ſicut rupis ſupra quam omnis ædificij moles ſuperincumbit potiſsimum eſt ædificij fundamentum: per quod tamen non tollitur adijciendos rupi eſſe quadratos alios lapides: qui verè dicatur, ac ſint eiuſdem machinæ fundamentum, maximè maximus lapis ſaxo vicinior & proximior: ſic de Chriſto, & Apoſtolis; & ſimpliciter de Petro reſpectu Eccleſiaſticæ fabricæ philoſophandum eſt. Doctrina Pontificum eſt ſecundũ doctrinã reuelatã 163 Chriſtus maximũ fidei fundamentũ Petrus verò magnum.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Reſp. tribus prioribus argumentis 2. capitis.

164 AD Argumenta 2. cap. quibus petulanter hæretici in Papas incurrunt, iam vt reſpondeamus, operæpretium eſt. Et in primis ad tria priora. Ad quorum primum doctè ibidẽ ex Bellarm. occurſum eſt, vtique Pontifices non ferre iudicium de veritate verborum primæ veritatis: quis enim de hac dubitaret? Certè longè minus quàm de luce lucentiſsimi ſolis: ſed de veritate intelligentiæ, & interpretationis, quæ nimium à veritate verborum, & à ſenſu illorum aberrare poteſt, & ſolet. Quare licêt intelligibilitas verbi ſit idem cum verbo, & cum ſignificatione illius; intelligentia autem non ita: præſertim illa, quæ falſa, vel ſiniſtra eſt. De his autem Romanum Pontificem iuridicè agere non eſt ſupra Quid Papæ diiudicant.

Dei

Dei verbum, ſe quodam modo efferre; ſed ſuper corruptores verbi Dei, aut ſaltem ſuper germanos expoſitores illius, vt expoſitio illorum obtineat & pondus apud omnes habeat.

Iudicia Pontif. quaſi diuina ſūt.

165 Ad 2. & 3. pariter occurrendū eſt, ac dicendū iudicia ſummorū Pōtificū potiùs diuinū quā humanū ſapere vigorē; vtpotè quibus diuinitus indultū eſt nō deficere in fide & alios reficere in ea. *a* Et Chriſti ſupremos Vicarios eſſe in terris, diuinūq; regimē gerere, vt nos ad illū finē euehāt, & perducāt, quē ſola diuina virtus pertingere valet. Nō enim oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligētibus ſe. Ad horū ergo conſequutionē, quæ ſuper hominē ſunt, & Deū ipſum cōcernūt, rector, qui cōgruè præfici oportebat, diuino potius quā humano debebat magiſterio fungi: quoniā vis directionis humanæ non tā alta petit. Huius ergo regimina congrua, & tanto proportionata fini diuina eſſe expedit, & proinde tā inclyti moderatoris iudicia diuinitatē redolere. Quis hæc inficiabitur? *a Luce 22.32.*

Iudiciū ſecundū leges diuinas diuinū eſt.

166 Sane ſi ſcriptū eſt: *b Ita paruū audietis, vt magnū, neq; accipietis cuiuſq; perſonā, quia Dei iudiciū eſt*, vtpotè diuinis legibus moderandū. Veluti regale iudiciū aſſeritur illud, quod regalibus tēperatur decretis. Itē ſi dixit Chriſtus diſcipulis ſuis: *c Qui vos audit, me audit.* Et Petrus Ananiæ circūuenięti ſe de pretio agri. *d Non es mentitus hominibus; ſed Deo.* Id eſt, nō puris, ſimplicibuſq; hominibus, ſed diuina authoritate pollentibus. Demū ſi ſummus Pontifex ex inſtitutione diuina præeſt (vt de facto præeſt) miniſtris, ac presbyteris omnibus conſtitutis à Deo pro Euangelij regni prædicatione, peccatorū integra remiſsione, Sacramētorū diſpenſatione, diuinarūq; gratiarū perēni dilargitione: quomodò Dei vices vis non exercet? Dei locum non accupet? Deique non potius quàm hominis perſonam ſuſtinet? ac tandem iudicia eius non multo magis diuina, quàm humana eſſe? vtpotè de rebus diuinis, & ad diuina ordinatis proportionatis, & congruis. *b Deut. 1.17.* *c Luce 10.26.* *d Actor. 5.4.*

Ad replicas autem non eſt cur reſpondeamus, vtpotè ſolis conuitijs conſtructas, & procul pudore obiectas.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM,

Reſp. 4. 5. 6. & 7. argumentis 2. capitis.

167 Diſcrimen inter doctores & Paſtorem ſummū Eccleſiæ

QVarto argumento 2. cap. reſpondetur, quod cum ſancti Patres in ſe ipſis experti non fuerint reuelationes diuinas erga ſcripturarū cōmenta, non potuerūt, non ſubijcere illa, ſaltem modeſtiæ cauſa, aliorum iudicio, & cenſuræ: vtpotè qui tanquam doctores ſua placida proferebant, non autem tanquam iudices ſententiam pronuntiabant. Summus autem Pontifex è cathedra ipſa *Petri*, vel potius Chriſti, ſententiam pronuntiat, tanquam ſagaciſsimus indagator, & cognitor doctrinæ ſanæ, ac ſacræ, qua gregem ſibi commiſſum ſalubriter paſcere debet; vtpotè, quod illa velut cum vberrimo pabulo viuunt omnes animæ illæ, quæ viuūt in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et ideò vbi dubium aliquod de tali verbo incidit, oportet recurrere ad eūm, cui paſcendi nos vitæ verbo cura commiſſa à Deo, atque demandata eſt, vtique ad Romanum Pontificem: iuxta ſuperius dicta, maximè dub. 3.

Qualiter fides diuina pendeat ab Eccleſia

168 Ad 5. argumentum reſpondetur maiorem in bono ſenſu eſſe veram, minorem autem falſam. Quoniam licèt fides diuina tantùm poſsit eſſe à Deo, vt à cauſa per ſe efficienti vnica & totali, eſt etiam ab Eccleſia, vt à cauſa proponente, extrinſecuſque applicante. Quare fides ipſa infuſa adultorum pendet etiam ab *E*ccleſia Catholica: quoniam de lege Deus aliter fidem illis non infundit, quàm præuia credendorum propoſitionē, vt ſic alliciātur ad fidem ſalutis verbo audito, & intellecto. Ex quo *Pauli* illud: *a Quomodò credent ei, quem non audierunt? Quomodò autem audient ſine prædicante? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti*. Vt igitur propterea Apoſtoli *a Rom. 10. v. 4.*

Digitized by Google

prædicantes Euangeliũ Chriſti, extiterũt cauſa fidei propagatæ per orbẽ: ob quam mehercle rationem fides ipſa dicitur Apoſtolica, & eſt; vt patet ex dictis in tractatu de Eccleſia: ita Eccleſia ipſa.

169 Ad id autẽ quod de fidei reſolutione obijcitur reſpõdetur, quod ſicut cauſa per ſe fidei, id eſt, ratio formalis eius, tãtũ eſt prima veritas, ita in eã tãtũ reſoluetur: vtpotè quoniã ideô credimus, quoniã veritas prima id dicit: in Eccleſiã autẽ non reſoluitur fides ipſa diuina: vtpotè quod ratio aſſentiendi nõ eſt ipſa Eccleſia: ſed reſoluitur apprehenſio, qua ducimur ad reuerẽda & habenda vt diuina hæc obiecta propoſita. Sicut quando mihi ignato occurrit obuiã Rex, quẽ hactenus de facie nõ nouerã, tunc ſi aliquis probatæ fidei moneret me de præſentia Regis, ſummis Regẽ obſequijs venerarer, & veneratio illa refunderetur omnino in excellentiam Regis, non verò in admonitionẽ amici: In hãc autẽ refunderetur omnino aſſenſus de Regali præſentia; vtpotè quod illa tantũ admonitione doctus, de cultu Regali exhibendo ſedulo cogitarem.

Aliter reſoluitur fides in veritatẽ primam & aliter in Eccleſiam.

170 Ad 6. pariter ſeptimumque argumentum reſpondetur, quod ſi aliquid probarent, perinde exploderent, & prorſus eliminarent omnia omnium hominum ſenſa, iudicia, verba, & placita à fidei promulgatione, diffinitione, ac ſententia: vtpotè quod hominũ eſt priuatis affectionibus duci, & mendaces eſſe; proindeque, neque Prophetis, neque Apoſtolis, neque Euangeliſtis fides adhibenda foret, ſed in omnibus nutarent omnes, atque vacillarent; vt potè edocti ab hominibus tot calumnijs obnoxijs. At quis tam blaſphemum effutiet, ac blaterabit verbum?

Virtute diuina redduntur homines fidei irrefragabilis digni

Quod ſi ideô ſaltem Apoſtoli, ſaltem Euãgeliſtæ, & Prophetæ fide integrâ digni, atque idonei ſunt, quia licet humanitatem non exuerint, induerũt tamen virtutem ex alto, ſecundum quam ritè, & rectè docuerunt nos viam vitæ: quid moramur cõcedere in Petro, atque in ſucceſſoribus eius priuilegiũ illud? Cùm illis indultum ſit non deficere in fide, & iniunctum, vt confirmẽt in illa fratres ſuos? b Sanè cùm non propter Apoſtolos, Prophetas, aut Euangeliſtas, ſed propter Eccleſiam illos Chriſtus tam inclytis ornamentis munierit; conſequens eſt, quod cùm eandem perſeueret Eccleſia, ipſa apud aliquos, etiã perſeuerent donaria, & maximè apud omniũ maximũ, vtiq; Romanũ Põtificem, eiuſque Concilia, & conſeſſus: ni iterum blaſphemè incuſemus de negligentia Chriſtum erga ſibi ſponſam dilectam. Quod vel ſic ſcribere horret, ac tremit omnis calamus.

b *Lucæ 22.32.*

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Reſp. reliquis argum. 1. cap. ſcilicet 8. 9. & 10.

ARgũm. 8. nihil mali portendit contra nos: qui ſanctorũ Patrum expoſitiones conſentientes, non pro diffinitione, ſed pro norma ad diffinitionẽ habemus. Sicut in vtroque iure conſentientes peritorum expoſitiones non pro ſententia lata, ſed pro norma quam iudex ſequi debet in ferenda ſententia, habentur.

Sanctorũ doctrina quomodô fidei definitionibus inſeruiat

Neque obſtat, quod aliquando Patres inter ſe diſſideant, & ſecum pugnantia proferãt, quoniã præterquã quod Sancti nũquã diſſident in illis, quæ ſunt fidei dogmata, ſed in alijs pro quib⁹ ſcriptũ eſt: c *Pertrãſibũt multi, & multiplex erit ſcientia.* Et huius generis eſt elogiũ pro exẽplo adductũ in hoc argumẽto. Igitur præterquã quod in ſubſtantialibus nõ diſſentiũt Patres. Iã nõ ſẽper ex cõſẽtiẽti expoſitione illorũ deſumetur forma. Quod etiã in forẽſib⁹ accidit.

c *Daniel. 12.4.*

172 Ex quo ſequitur, quod norma & regula diffinitionum Eccleſiæ nõ ſemper ſunt cõſentiẽtes expoſitiones Patrũ; ſed matura & prouida diuinorũ eloquiorũ cũ Spiritus ſãcti aſſiſtẽtia inſpectio & ſpeculatio ad eruẽdũ ſic germanũ ſenſum illorũ. Nõ quaſi Romani Põtifices eruditione valeãt ſuper interpretes alios, ſed quoniã authoritate eminẽt ſupra omnes; & quia cathedræ illorũ annexũ eſt non errare, ſed errantes corrigere, & viam omnibus ſalutis oſtẽdere. Quare Hieron. ipſe omnigena eruditione clar⁹, & in exponẽdis ſacris

Valent Pontificum definitiones ſuper doctorum placita.

cris ſcripturis doctor maximus ab Eccleſia dictus, non fuit auſus quæſtionem de tribus hypoſtaſibus enodare, ſed deciſionem illius ad Damaſum Papam ablegauit dicens: d *A paſtore præſidiũ ouis flagito. Diſcerne ſi placet: nõ timebo tres hypoſtaſes dicere ſi iuuebis. Obſecro, vt mihi literis tuis; ſiue tacendarum, ſiue dicendarum trium hypoſtaſeon detur authoritas.* d *Epiſ. ad Damaſum.*

Certa promiſſio finis importat executionẽ mediorũ

173 Ad nonum argumentum benè ibi reſponſum eſt. Ad replicam autem reſpondetur, quod certa promiſsio finis non excludit debitam exequutionem mediorum; vt baptizatis credentibus in Chriſtum vita æterna repromiſſa eſt. e Sed non propterea bonorum operum exercitatio abrogata: vt e potè quod ſcriptum legimus: f *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Item non peccanti pollicitatione diuina interminabilis vita repromiſſa fuerat; at non propterea ſe medios illæſum poſſet conijcere in ignes, aut ſuper ſe ruentem ingentem machinæ molem innoxiè ſubportare, ſed ad pollicitatoris Dei prouidentiam ſpectabat, ab illis eum, ſimilibuſq; calamitatum periculis præſeruare, & incolumem cuſtodire. Sic quantacumque polleat cathedra Petri non errandi authoritate, adhuc vbi humanum conſilium ad rem acu tãgendam opus eſt, non debet à ſummis Pontificibus præteriri. Imò è re Dei eſt, ne illa prætereant, quotiens aliàs ipſe occultioribus, illuſtrioribuſque nõ ſupplet auxilijs; vt ſuppleuit quando Petrum de conſubſtantialitate Chriſti eum Pater inſtruxit, ac docuit. e *Marc. 16. 16.* f *Matth. 19. 17.*

Vltim argumenti materia in vltimum nos adigit dubium, cuius titulus ſit: Vtrùm ſummus Pontifex in definitionibus fidei, religionis, & morum errauerit aliquando, aut errare poſsit?

DVBIVM VLTIMVM.

Vtrùm Romanus Pontifex in definitionibus fidei, religionis, & morum errauerit aliquando, vel poſsit errare?

SVMMARIVM.

1 *Scopus dubij.*
2 *Explicatur locus ſcripturæ notãdus.*
3 *Anxius nos Sathanas petit, vt cribret.*
4 *Oratio Chriſti vehemens nunquam niſi in arduis.*
5 *Oratio Chriſti oppoſita Dæmonis malignitati.*
6 *Chriſtus rogando pro Petro, rogauit etiam pro Petri ſucceſſoribus.*
7 *Nomen, Petrus, myſterijs plenum.*
8 *Myſteria nominum Petri & Pauli.*
9 *Quid ſit portas inferi aduerſus Eccleſiam non præualituras?*
10 *In perſecutione hæretici dogmatis ad ſucceſſores Petri confugiendũ.*
11 *Arguitur 1. quod errauit Petrus.*
12 *Arguitur 2. quod errauit Clemẽs.*
13 *Arguitur 3. quod errauit Victor.*
14 *Arguitur 4. quod errauit Zepherinus.*
15 *Arguitur 5. quod errauit Cornelius.*
16 *Arguitur 6. quod errauit Marcellinus.*
17 *Arguitur 7. quod errauit Liberius.*
18 *Arguitur 8. quod errauit Fœlix.*
19 *Arguitur 9. quod errauit Syricius.*
20 *Arguitur 10. quod errauit Innocentius.*
21 *Arguitur 11. quod errauit Celeſtinus.*
22 *Arguitur 12. quod errauit Leo I.*
23 *Arguitur 13. quod errauit Anaſtaſius.*
24 *Arguitur 14. quod errauit Vigilius.*
25 *Arguitur 15. quod errauit Gregorius Magnus.*
26 *Arguitur 16. quod errauit Bonifacius.*
27 *Arguitur 17. quod errauit Honorius*
28 *Arguitur 18. quod errauit Martinus 1.*

tinus 1.

29 Arguitur 19. quod errauit Gregorius 13.

30 Arguitur 20. quod errauit Nicolaus.

31 Arguitur 21. quod errauit Stephanus 6. & Sergius 3.

32 Arguitur 22. quod errauit Syluester 2.

33 Arguitur 23. quod errauit Gregorius 7.

34 Arguitur 24. quod errauit Alexander 3.

35 Arguitur 25. quod errauit Cœleſtinus 3.

36 Arguitur 26. quod errauit Innocentius 3.

37 Arguitur 27. quod errauit Nicolaus 3. & Ioannes 22.

38 Arguitur rurſum 28. quod errauit Ioannes 22.

39 Arguitur 29. quod errauit Ioannes 23.

40 Arguitur 30. erraſſe Eugenium 4.

41 Arguitur 31. erraſſe Innocentium 8.

42 Arguitur 32. ex eo quod Papa poteſt eſſe hæreticus.

43 Quomodò Petro obiectum quod coegerit iudaizare Gentiles?

44 Ebion hæreticus Clementis Romani ſcripta corrupit.

45 Victori Papæ error falſò obiectus.

46 Falſa criminatio in Zepherinum.

47 Centuriatorum impoſtura.

48 Narratio de idololatria Marcellini ſuſpecta fidei, iuxta Auguſtinum.

49 Liberius Papa lapſus in moribus, non in fide.

50 Qui ſuſpicionis in fide contra Liberium.

51 De Fide Fœlicis 2. dubitatum.

52 Fœlix 2. iniquè in Pontificatu introductus.

53 Fœlix 2. prius fuit Antipapa: poſt legitimus Papa.

54 Quorum nefaria coniugia?

55 Quæ virginis ſacræ à publica excluſæ olim pœnitentia?

56 Celeſtinus Pontifex longe alius à quodam Pelagiano Celeſtino.

57 Aliqua lethalia apud Deum: quæ leuia apud homines ſunt.

58 Iniuria calumniatur Anaſtaſius.

59 Bono fine communicabat Anaſtaſius cum aliquibus hæreticis.

60 Vigilius aliquando inuaſit Eccleſiam vt Antipapa.

61 Vigilius legitimus creatur Pontifex.

62 Vigilius creatus verus Pontifex verè ſi oppoſuit hæreticis.

63 Quo iure priuatus Sacerdos poſſet fieri miniſter Sacramenti confirmationis.

64 Epiſcopi ſunt ordinarij miniſtri cõfirmationis: at non vnici.

65 Gregorij factum neque illicitum, neque damnificum.

66 Chriſtus maxime ob originale peccatum venit.

67 Honorius à multis etiam Catholicis inclamatus hæreticus.

68 Qui lapſus imputentur Honorio.

69 Honorius non negauit duas voluntates in Chriſto: prout ly duas ſignificat diſtinctam, ſed prout oppoſitam.

70 Voluntates quæ tendunt ad idem, eadem voluntas ſunt.

71 Ficti pœnitentes damnantur.

72 Quæ imbecillitas, & quando obſtet matrimonio.

73 In quibus definitionibus Pontifices non poſſunt errare?

74 Non valet baptiſmus collatus ſine expreſſione Trinitatis.

75 Prudentia Nicolai in nõ conſtriſtãdis fidelibus inualide baptizatis.

76 Nõ implicat Põtifices errare in his quæ extra fidei aleam ſunt.

77 Reordinatio pro ſe illicita & irrita.

78 Syluester 2. verè ſapientiſſimus.

79 Benonius in Pontifices contumeliosus & falſus.

80 Non omnia teſtamenta eundem nomen.

merum teſtium exigunt.
81 *Aliud eſt Pōtifices ſentire aliquid, aliud definire.*
82 *Veteris teſtamenti inumbrationes lucent in nouo.*
83 *Chriſtus ſimul pauper, & ſimul diues, ſed aliter & aliter.*
84 *Ioannes 22. errauit vt doctor priuatus, priuatim prorſus.*
85 *Ioannes 23. pro vero Pontifice non vniuerſe cenſetur.*
86 *Falſum crimen* Ioanni 23. *obiectum, & cur?*
87 *Benedictus* 13. *Antipapa.*
88 *Concilium* Baſilienſe *ex parte cōciliabulum.*
89 *Vini penuria maxima apud* Norwegos.

CAPVT PRIMVM:
Oſtenditur de fide pars negatiua.

1 Scopus dubij.

MAGNVM Oporteret nobis campum proſcindere, ſi huius inſtituti ſegetem ad lōgum diſcuteremus. Et ideò ne rem prolixam prolixiorem faciamus, neceſſaria & ſufficientia tantùm ad eius diffinitionem breuiter producemus. Quare à concluſione deciſiua ordiemur: ſtatuētes tanquam fidei dogma, Romanos Pōtifices in rebus fidei, Religionis, & morum, non modo nunquam erraſſe, ſed neque errare poſſe, aut potuiſſe.

Explicatur locus ſcripturæ notandus.

2 Huius ſacri dogmatis fidem comprobat ſat nobis ac ſuper oraculum illud toties à me repetitum, & ab omnibus pro re iſta inculcatum ex Luca: *a Simon,* Simon, *Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Hoc igitur oraculum ſat noſtrum patefacit intentum. Priora enim verba illius, vtique ly, *Simon, Simon* (ita enim habetur in Græco) oſtendunt ſermonem hunc ſingulariter dirigi, & affectuoſè fieri ad *Petrum*. Ingeminatio enim proprij nominis id omninò portendit, Portendit etiam, quod Chriſtus attentum maximè voluit Petrum ipſum, ad ea quæ illi tunc annuntiaturus erat,

a *Lucæ* 22. 31.

Anxius nos Sathanas petit, vt cribret.

3 Annunciauit autem, quod Sathanas expetierat, id eſt, enixè popoſcerat tanquam infenſiſsimus hoſtis cribrare, hoc eſt, concedi ſibi licentiam cōcutiendi, & turbationibus agitandi Apoſtolos, vt quondam agitauerat Iobum, & vt ſolēt triticum concuti: cæterùm quod ipſe poſtulationibus Sathanæ ſuas oppoſuerat preces in fauorem *Petri* ſpecialiter; non quidem, vt non quateretur, aut concuteretur incurſibus, ſed ne ſic concuſſus, & preſſus periclitaretur in fide, ſed integer perſeueraret in ea, vt ſic fratres ſuos firmos & ſtabiles faceret.

Oratio Chriſti vehemēs nunquā niſi in arduis.

4 In his autem verbis primò aduertendum eſt, eximium aliquid & in ſolitum Petro per illa concedi. Nuſquam enim Chriſti preces profuſas audiuimus præterquam in arduis, in ſolitiſque rebus: vtique in electione Apoſtolorum, *b* in ſuſcitatione Lazari quatriduani, *c* in Euchariſtiæ inſtitutione, *d* & in conflictu mortis declinandæ in horto. *e* Inſolitum autem, eximium ve non eſt, vnius hominis maximis à Deo cumulati donarijs, fidem non deficere: ſiquidem in ipſo paſsionis & agonis tempore in multis perſeuerauit: eſt tamen arduum & inſolitum fidem Petri, non tantùm in Petro, ſed in ſucceſſoribus eius numquam interire, aut intermori; ſed adeò ſemper vigere, vt alijs robur ſit, atque munimen.

b *Mat.* 10. v. 2.
c *Ioan.* 11.
d *Mat.* 24.
e *Marc.* 14.

Oratio Chriſti oppoſita Dæmonis malignitati.

5 Hoc igitur eſt, quod Chriſtus Petro per hæc verba indicauit, & quod ſuis precibus impetratum edocuit, dicens: *f Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, ego autē rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Vt igitur petitiones Sathanæ, nō vni, ſed multis machinabātur ſummū perfidię malū; oportuit orationē Chriſti, nō vni tātū, ſed multis, vtiq; Petro, & ſucceſſorib⁹ eius

f *Luc.* 22. 31.

conciliaſſe ſtabilis, & inamiſsibilis fidei ſummum bonum. Aliàs deprauatiſſimè affectus Sathanæ latius quàm Chriſti deſideria inclyta tunc temporis patuiſſent.

6 Nec ſufficit, quòd Sathanas expetiuit exagitare, & peruertere Apoſtolos, Chriſtus autem confirmare, & ſecuros reddere illos medio *Petro* ſemel in fide roborato, & proinde antitheſim Chriſti per omnia ſibi correſpondere. Non inquam valet, quoniam oratio Chriſti non aſſeritur pro alijs, quã pro Simone facta: *Ego rogaui pro te*, Ergo niſi in perſona Petri plures aliæ ſub intelligerentur, antitheſis non quadraret. Cùm igitur plures iſtæ perſonæ non poſsint eſſe fratres illi, quos confirmandos accepit; conſequens eſt, eſſe ſucceſſores illius, qui eius perſonam ſuſtinent, ita vt ipſe non deficiant in fide, ſed in illa cæteros muniant. Hoc enim, non ſolùm Petri tempore, ſed pro omni ſtatu Eccleſiæ neceſſum eſt. Semper enim indiget eodem viſibili fulcro roborante eam ne intereat in fidelibus fides. Quomodò autem roborarent, ſeu confirmarent in fide, & non potius è fide deturbarent fideles ſi aliquid contra fidem adſtruerent, publicève docerent. Non ergo poſſunt Pontifices in fide labi falſa fidelibus proponendo,

Chriſtus rogando pro Petro, rogauit etiam pro Petri ſucceſſoribus.

g Mat. 16. 18.
h *Hom. ad eos qui ad Synarim veniũt*
i *Lib. 4. contra Marcio. cap. 13.*
K *Ioſue* 4.

7 Item vox illa Domini, g *Tu es Petrus & ſuper hanc Petrã, &c.* id ipſum planè adſtruit dicēte Chryſoſtomo: h *Petrum à virtute ipſius ſic nominauit, demonſtrationem ipſius nomini indens firmitudinis circa fidem.* Tertulliano item: i Cùm dixiſſet Apoſtolos inumbratos fuiſſe per illos duodecim lapides, quos à Iordanis alueo extraxit Ioſue, k vt ſic fide ſolidi tanquam veri lapides portenderentur: ſubnectit: *Mutat & Petro nomen de Symone. Sed cur Petrum? Si ob vigorem fidei, multæ materiæ, ſolidéque nomen de ſuo accommodarent. An quia petra, & lapis Chriſtus? Itaque affectauit cariſsimo diſcipulorum, de figuris ſuis peculiariter nomen communicare.* Quaſi diceret, licèt Apoſtolis omnibus virtus lapidum in ſoliditatecom municata ſit: at Petro non cuiuſuis lapidis, ſed illius, qui Chriſtus eſt ſtabilitas cõceſſa inuenitur, & ideò vt Chriſtus ipſe per analogiam ad ipſum Petrã à Chriſto ipſo vocatur: cùm tamen cæteri Apoſtoli per analogiam ad Iordanis lapides petrei, aut ſolidi nominentur. Cùm igitur à fide nullus Apoſtolorum poſt Spiritus ſancti aduentum deſciuerit, ſed omnes pro ea vitam cum morte commutauerint; conſequens eſt, tantam hanc ſoliditatem Petri aliquid amplius portendere, quàm ſuæ perſonæ ſtabilitas, vtique ſucceſſorum eius, qui vt Vicarij Chriſti vigorem petræ, quæ eſt Chriſtus, in ſtabilitate fidei docendæ, atque propagandæ diuinitùs participant.

Nomen Petrus myſterijs plenum.

Myſteria nominum Petri, & Pauli.

l *Serm. de Petro & Paulo.*

8 Inde Ambroſius: l *Optima Apoſtolorum nomina, petra & vaſculum, neceſſaria domus Saluatoris. Petra ad firmitatem ne labantur, ſuſtentãt populos: vas ad cuſtodiam nè tententur, operit Chriſtianos.* Alludit ad illud Chriſti: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et ad illud: *Vas electionis eſt mihi, &c.* de Paulo.

Quid ſi portas inferi aduerſus Eccleſiã non præualituras?

m *Serm. 2. in octauo e ſump. ſuæ.*
m *Mat. 16. 20.*

6 Item Leo Magnus, m *Super hanc Petram, ſuper hanc fortitudinem æternum extruam templum*; æternum vtique, quoniam: n *Portæ inferi aduerſus eum non præualebunt*; ſed inſurgentes omnes hæreſum impetus profligabuntur, vt ſic fideles ſecurò, atque tuti in fide permaneant. A quo autem viſibili *Petro* (inquiro) niſi à ſucceſſoribus eius Vicarijs Chriſti? A quibus ſanè Montaniſtæ, Arriani, Donatiſtæ, Pellagiani, Macedonij, Sabellij, Vigilantij, Neſtoriani, & ſimiles farinæ omnes exturbati ſunt: & ad quos ſemper in æſtu hæreſeon à fidelibus itum, ac demigratum eſt: vt ad ſacram anchoram, & aſylum. Si igitur hi Pontifices errantem poſſent tradere, ac diſſeminare doctrinam; quod perfugium manet fideles? Certe nullum. Sed percuſſo hæreſis mucrone paſtore, omnes illicò diſpergerentur oues gregis, ſic adeò, vt Eccleſia periret: Dicente Gregorio Magno: o *Videtur ſequi quod tota Eccleſia corruat, ſi corruit is, qui vniuerſalis eſt.*

o *Lib. 4. Epiſ. 32.*

10 In perſecutione hæretici dogmatis, ad ſucceſſores Petri cõfugiendum.

48 Ad ſextum ex Marcellino reſp. 1. narrationem illam ſuſpectæ adhuc fidei eſſe: vtpotè quod Auguſtinus *m* (Romanorum eximiè doctus) & authoritate, & ratione infringit; diffiteturque eam, tamquam rem nullo teſtificationis pondere prætmunitam; ſed Donatiſtarum impoſtura in odium Marcelini confictam, & diſſeminatãl de quo latius & vberius Baronius. *n* Et Aug. ſecundo reſp. quod tali narratione admiſſa, adhuc nihil ſequitur cõtra nos: quia Marcelinus nihil contra fidem docuit, aut credidit, ſed actu ſolùm externo ad euitandam mortem thura idolis obtulit: vt actu etiam tantum externo Petrus, ad declinandum periculum Chriſtum in palatio negauit.

Narratio de idolatriæ Marcellini ſuſpectæ fidei iux ta Aug.

m *Lib.* vnico *de baptiſm.*2.*Petilianos cap.*16.
n *Tom.*2. *ad annum Chriſti* 302. *num.*25. *& de incept.*
o *Epiſt.ad ſolitariam.*
p *In Cathalogo ſcriptorum in Fortunatiano.*

49 Ad ſeptimum de Liberio ſcriptores diſſentire videntur, dum ex vna parte Athanaſius:*o* & Hieronymus,*p* in argumento citati, Damaſus,*q* & Hilarius *r* lapſum Liberij agnoſcunt: ex alia vero parte Seuerus Sulpitius, *s* Socra-

Liberius Papa lapſus in me ribus nõ in fide.

q *In vita Liberi*
r *Lib. aduerſus Conſtantius.*
s *Lib.* 2.*ſacra Script.*

Digitized by Google

t *Li.2.hiſt c.29.* v *Lib.4.c.10.* x *Lib.9.c.35.36 & 37.* y *Lib.10.hiſt.ca.27.*

Socrates,t Sozomenus,v Nicephorus,x & alij illud abnuunt,quibus non leuiter ſuffragatur Rufinus y aſſerens,ſe non potuiſſe certo cognoſcere,an lapſus Liberius fuerit.

Liberius Papa lapſus in moribus non in fide.

49 Sed facilè poſſunt ad concordiam reuocari,diſtinguẽdo inter lapſum & lapſum, vtique inter lapſum fidei,& inter lapſum morum. Macte totum Liberij crimen in eo ſitum eſt,quod tandem Arrianis ſubſcripſit in condemnatione & exilio Athanaſij Magni:& in confeſsione fidei,quæ carebat vocabulo *Homouſion*, id eſt,conſubſtantialitatis: & in eo quod cum Arrianis pacem communicationemque inijt,cũ tamen Arriani à communicatione catholicorum extorres eſſent,& licèt Arriani Athanaſium perſequerentur tædio *Homouſion*? quam ipſi auerſabantur,& Athanaſius tutabatur:tamen quoniam data opera alia in eundem Athanaſium crimina (licet falſa) obijciebant,quæ ſimplices quoſcunque oculos poterant faſcinare:ideò citra præiudicium in fide potuit Põtifex ratam habere ſententiam in Athanaſiũ latam. Imò ſalua fide potuit exilium approbare,improbata, hoc eſt, non probata cauſa, vel prætextu exilij. Maximè cum (eodem Athanaſio z authore) id non ſpontaneus,ſed inuitus,& coactus Liberius fecerit, ſtudio vtique pacis fruendæ,& truculentiſsimæ perſecutionis declinandæ.

z *Vbi ſup.*

Quid ſuſpicionis in fide contra Liberiũ.

50 Quod autẽ *Homouſion* nomen,hoc eſt,conſubſtãtialitatis,Liberius in confeſsionibus,quas poſtea edidit inita pace cum Arrianis reticuerit, hæreſeos crimen non eſt; vtpotè qui non reiecit,neque negauit tale nomen,ſed potius implicitè admiſit, profitendo in Filio diuinam ſubſtantiam,& ſimilitudinem, vt Sozomenus a habet. Et licet apud Arrianos ly ſubſtantia diuina aliud ſonet quàm apud catholicos: Liberius tamen iure catholicorum vtens,catholicam ſuam confeſsionem effecit,quamuis Arriani eiſdem verbis vtentes,ob diuerſam inflectionem ſubſtantiæ hæreticam ſuam propoſitionem reddebant. Videatur Cardinalis Baronius. b Pax autẽ cum Arrianis inita, nota hæreſis nullatenus eſt, magis quàm pax,quam ſæpè ineunt catholici cum hæreticis,& Chriſtiani cum Mauris:quia verò propter hæc Liberius,in vehementẽ ſuſpicionem Arrianæ prauitatis apud catholicos(nec iniuria)venit: quod tamen ſummus Eccleſiæ Paſtor,etiam cum diſpendio vitæ cauere debuit: ideò in moribus grauiter, enormiterque lapſus eſt. Et ſic verificatur ſententia Athanaſij,Hieronymi,Damaſi,& Hilarij: non tamen fuit lapſus in fide, & proinde verificata aliorum Patrum aſſertio.

a *Lib.4.c.14.*

b *Ad an.Chriſti 357.fol.671.*

De fide Fœlicis II. dubitatum.

51 Ad octauum de Fœlice ſecundo, acriter inter docentes controuerſum eſt, fuerit, necne, verus Eccleſiæ Pontifex: vtpotè Arrianorum auſpicijs ad illam dignitatem euectus: iuxta Rufinum,c Theodoretum,d Sozomenum,e imò Arriana impuritate, atque prauitate pollutus, iuxta diuum Hieronymum.f

c *Lib.10.hiſt.c.22.* d *Li.2.hiſt.c.17* e *Lib.4.hiſt.c.10* f *Cathalogo ſcriptur.in Acatio.* g *To.3.an.Chriſti 357.fol.664.*

Fœlix,ad ir iqз in Pontificatu introductos.

Nihilominus in confeſſo iam apud omnes eſt,legitimus papatus illius,inſigni tandẽ martyrio purpuratus,quinimo & miraculo declaratus apud Cardinalem Baronium.g Nec obſtat,quod Arrianorum ope Romanam fuerit cathedram aſſequutus,viuente adhuc legitimo Eccleſiæ Præſule & Paſtore Liberio Quoniam ex hoc tãtùm elicitur ingreſſum & introitum eius vitioſum & irritum fuiſſe:quod negat nemo, biennio ſiquidem illo quo propter catholicam fidem Liberius proſcriptus,relegatuſque exulabat, non poterat alius legitimè ſubrogari Pontifex: ex quo tamẽ in Arrianæ hæreſis Liberius ſuſpicionem incurrit, propter recenſita in ſolutione 7. argum. præcedentis:tunc pro legitimo *Præſule* Fœlicem catholici ſalutarunt (vt habet vbi ſupra Hieronymus) depoſito à ſede, atque exturbato Liberio. Non enim ob realem tantùm,& digito ſignabilem hæreſim Pontifex à ſede exturbandus & amouendus eſt, ſed etiam propter iurè præſumptam, & prudenter exiſtimatam in eo defectionem à fide. Qui enim externa ſpecie hæreticus probatur,pro hæretico citra iniuriam habetur, & proinde non pro membro Eccleſiæ,nedum pro capite.

Neque

Fœlix II. pri⁹ fuit Antipapa, poſt legitim⁹ Papa.

53 Neque verum eſt Fœlicem Arriana fuiſſe labe contaminatum: oppoſitū enim expreſſe docent Rufinus, Theodoretus, & Sozomenus, vbi ſupra relati, quibus refragari non potuit in hac parte Hieronymus, imò nec refragatus eſt: quoniam licet aliqui codices id habeant dicentes: *In tantum Acaçius Cōſtantio Imperatore claruit, vt in Liberij locum Romæ Fœlicem Arrianum Epiſcopum conſtitueret.* Græcus tamen codex Sophonij, & multa manuſcripta exemplaria non habent ly *Arrianum*, vt in margine illius loci Marius Victorinus notauit. Sed eſto quod initio promotionis ſuæ, vtique quando ab Arrianis ſe in pontificale numē euehi paſſus eſt, Arriana peſte ægrotaret, & in fœce illa per biennium integrum antipapatus ſui ſubmerſus iacuiſſet: ex quo tamen à catholicis Pontifex acclamatus eſt, nullius contagij reus, ſuſpectusve notatur, ſed potiùs Arrianæ factionis acerrimus euerſor: adeô vt ipſum Imperatorem Conſtantium Arrianæ ſectæ opitulatorem funditus damnauerit: & Vrſatium, ac Valentinum Presbyteros, eò quod cum ipſo Conſtantio Auguſto in fide ſentirent, ab Eccleſia ſeparauit: contra quos poſteà Hilarius Pictauenſis Epiſcopus librum edidit.

Quorū nefaria cōiugia?

54 Ad nonum de Syritio reſp. omnino locutum fuiſſe de illicitis coniugijs Sacerdotū, quæ verè non modo nefaria, verùm & ſacrilega ſunt. Preterquam quod cum omne carnale, quantumuis ſanctum & ſacrum inter virum & vxorem coniugium, cum integritatis corporalis detrimento, ac violatione ſit, non mirum ſi tali nomine inuratur: vtpotè quod impuritatem refert, non prauitatem; contagium, non culpam.

Quæ virgines ſacræ à publica excluſæ oſim pœnitētia?

55 Ad decimum de Innocentio I. reſp. conſtitutionem eius fuiſſe ne ad pœnitētiam admitterentur virgines Deo dicatæ quæ poſt emiſſum caſtitatis votum, publicè nuberent, niſi tota mente viros reſpuant; ac ſi pro mortuis computarētur. Verba enim decreti talia ſunt. *Quæ Chriſto ſpiritualiter nubunt & à Sacerdote velantur, ſi poſtea nupſerint, vel ſe clanculò corruperint, non eas admittēdas eſſe ad pœnitentiam agendam; niſi hi quibus ſe iunxerant à mundo receſerint.* Hoc eſt, niſi ab illis, tamquam verè mortui habeantur, iuxta quæ declarat gloſſa ſuper verba relata à Gratiano noſtro: b hæc autē cōſtitutio ſacra om̄ino eſt vtpotê quod nullus poteſt veram pœnitentiam inire quandiu à peccandi periculo procul non recedit; vt non receſsiſſe videtur illa cui amaſius eius mortuus à corde non eſt. b 27. q. 1. c. quæ Chriſto.

Cæleſtinus Pontifex longè alius à quodā Pelegiano Cæleſtino.

56 Ad vndecimū de Cæleſtino reſp. turpi nos Laurentium Valam mendacio decipere voluiſſe, dum pro Cæleſtino quodam Pelagiano, Neſtorianis erroribus delibuto ſupponere, voluit Cæleſtinum Romanum Pontificem, eiuſdem Neſtoriani factionis eximium profligatorem. Quare cabillum hoc adhuc apud recentiores hæreticos, quantumuis Romanæ ſedis hoſtes infeſtiſsimos, futile & caducum eſt, vtpotè vnum cum altero Cæleſtino confundens.

Aliqua lethalia apud Deum, quæ lenia apud homines ſint.

57 Ad duodecimū de Leone I. reſp. verè inculpabile, tā apud Deū, quā apud homines inueniri coniugiū vxoratæ, cuius maritus prudenter & cordate creditur vita functus, etiam ſi verè ſuperſtes ſit. Coniugium item eius cuius maritus ad ſemper captiuus exiſtimatur; licet prauum & adulterinum ſit apud Deum, venia tamen indignum apud homines non ita exiſtimatur: vtpotê quod non malitia, ſed neceſsitate bellica atque turbatione initum eſt. Hanc autem eſſe mentem Leonis verba illius produnt, quæ ſic habent: i *Omittendum eſt, & inculpabile iudicandum quod neceſsitas intulit:* vtique ab hominibus humanoque more iudicandum, atque omittendum propter neceſsitatē bellicam, de qua egerat. k Diſtrictè autem præcepit huiuſmodi vxoratas ad priora redire connubia, ſi ipſi mariti velint: vtpotè quod non ſemper viri ad cohabitandum cum vxoribus ſuis cogi poſſunt, aut debēt: maximè quādo inueniunt illas alijs commixtas viris: vnde tunc ad eas reditus ſub illorum poteſtate eſt. i Cap. 3. K Cap. 2. ad finē.

Iniuria calūniatur Anaſthaſius.

58 Ad decimumtertium de Anaſthaſio reſp. ridiculè imponi ipſi tale cri-

mine

men:eum ex Euagrio & Nicephori ibidem relatis, atque ex omni penè Eccleſiaſtica cõſtet hiſtoria, Accatium priùs è viuis exceſsiſſe, quàm Anaſtaſius in Pontificem crearetur. Quod adeò verum eſt, vt vel aduerſarij ipſi tantæ authoritatis mole conſternati, clament Anaſtaſiũ eatenus egiſſe partes Accatij quatenus iam dudum obliteratum, voluit eius nomen honorabiliter reuocare. Sed non minus falſum iſtiuſmodi commentum eſt, quàm præcedens: vtpotè quod in actis habemus epiſtolam Anaſtaſij *Papæ* ad Anaſtaſium Imperatorẽ pro Accatij nomine delendo, & vnitate Eccleſiæ procurãda: quã ſanè epiſtolam Imperatori detulerũt duo illi integerrimi Patres Germanus Capuanus Epiſcopus, & Creſconius Epiſcopus Tudertinus apud Baroniũ, *l* qui etiam refert Iuſtini Imperatoris ad Hormiſdam Papam epiſtolam, hæc verba exprimentem. *Anaſtaſius religioſiſsimæ memoriæ veſtræ culmen Eccleſiæ, palàm, aperteque conſtituit, cum hoc quidem ſcriberet negotium prædeceſſori noſtro, ſatis eſſe pacem affectantibus, ſi nomen tantum reticeatur Accatij.* Vtique quoniam ſola illius memoria vnitati Eccleſiæ aduerſabatur. *E*cce qualiter Anaſtaſius nullas aliquando Accatio ſuppetias tulit, ſed inficias potius.

l To.6.an.Christi 497.fol.519. idem ibidem fol. 525.C.

59 Neque obeſt, quod in libro de Romanis Pontificibus referatur, multos clericos atque presbyteros à communione Anaſtaſij ſeſe retraxiſſe, quia videbant illum familiariter agentem cum Phocio, qui erat factionis Accatij. Non inquam obeſt, quoniam huiuſmodi communicatio potius interpretanda fuerat in diſsipationem errorum Accatij, quàm in approbationem: vt medici congreſſus ad ægros non in ægritudinum conſeruationem, ſed exterminationem interpretandus eſt, vtpotè quod non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Maximè quod Anaſtaſius ab exordio pontificatus ſui, nihil magis habuit in votis, quàm Eccleſiæ Orientali ſuccurrere, vtpotè nutanti, ac periclitanti ſub hæretico Principe: iuxta quod videre liquet apud Baronium, *m* & in gloſſa ad caput Anaſtaſius. *n*

Bono fine communicabat Anaſtaſius cũ aliquib' hæreticis.

m Vbi ſup. fo.519
n 19. diſt.

60 Ad decimumquartum de Vigilio reſp. diu multum fuiſſe Romanæ Eccleſiæ innaſorem, & pſeudopontificem: vtpotè qui (iuxta quæ leguntur in anathemate Sylucrij Pontificis aduerſus Vigilium in Baronio) *o* contra iura canonica temporibus *B*onifacij *P*apæ ipſo viuente, ſucceſſor eius deſignari molitus eſt: & iterum, Syluerio ipſo ſuperſtite, & Petri cathedram legitimè occupante, pontificale numen adorſus eſt, & pecuniæ pretio illud ſibi præripere ſtuduit: inito prius cum Theodora Auguſta fœdere firmandi fidem quorundam Epiſcoporum quos *E*ccleſia damnauerat, & à ſuis ſedibus expulerat, vt ſic Auguſtæ patrocinio Pontifex crearetur. Quorum quilibet conuentis (licet ſacrilegis) adeò inflexibiliter ſtetit, vt mox Vigilius Auguſtæ opera (Syluerio in exilium pulſo) antipapa ordinatus ſit, & Vigilius ipſe per epiſtolam errores Epiſcoporum illico tutatus fuerit, anathemate percutiens omnes, qui duas in Chriſto naturas confiterentur: at quid referet antipapam in fide erraſſe?

o Tom.7. ad annum Chriſti 539 fol.295.

Vigilius aliquando Eccleſiam inuexit vt antipapa

61 Quod autem id antipapatus tempore peregerit, ex eo liquet; quod in verum poſtea Papam à clero Romano aſſumptus, Syluerio prædeceſſore iam mortuo, adeò catholicum ſe exhibuit, vt prædictæ pactionis oblitus (etiã Auguſta ipſa fidem enixe poſtulante) promiſsis ſtari noluerit, inquiẽs ſe temere id promiſiſſe, enormiterque, atque nephariè in tali promiſsione peccaſſe. In quo ſanè emicuit ſpecialis prouidẽtia Dei, qua ſummos Eccleſiæ Romanæ moderatur Præſules, aliàs diſcolos, ne è cathedra proferant aliquid cathedra indignum.

Vigilius legitim' creatur Põtifex.

Vigilius creatus Põtifex vere ſe oppoſuit hæreticis.

62 Et certè vt ſeſe Vigilius attemperauit Auguſtę erranti quando illum ſicut antipapam, ſic ſe per omnia Romanæ accomodauit Eccleſiæ, quãdo verum illum Pontificem procreauit: & non tantum non prouauit errores Auguſtæ, verùm & reprobauit, approbando ſynodum illam quintam generalem, in qua damnata eſt hæreſis quam Auguſta Theodora

fouebat,

fouebat, & de qua ipſe Vigilius ab aduerſarijs accuſatus fuerat: iuxta quæ recenſet Euagrius. p

p Lib. 4. c. 37.

Quo iure priuatus Sacerdos poſſet fieri miniſter Sacramẽti Confirmationis?

63 Ad decimum quintum de Gregorio Magno reſp. quod licèt ordinarius miniſter Sacramenti Confirmationis ſit ſolus Epiſcopus: vtpotè quod de ſolis Apoſtolis legitur (iuxtà quæ notauit Cõcilium Florentinum q) quod per manus impoſitionẽ conferebant Spiritum ſanctũ: adeò vt cũ Philippus plures in Samaria conuertiſſet & baptizaſſet, quia tamen nõ erat Epiſcopus, ideò Confirmationis Sacramentum illis non contulit, ſed miſſi ſunt Petrus & Ioannes, qui illud adminiſtrarent & indulgerent eis. r De licentia tamen ſummi Pontificis, & per diſpenſationem, ad quam grandis aliqua, & rationalis compellat neceſsitas, etiam priuati Sacerdotes rite poſſunt illud impendere, vt impenſum de facto ab aliquibus concedit Florentina ſynodus.

q In decret. Eugenij 1441. ad fin.

r Actor. 8.

Epiſcopi ſunt ordinarij miniſtri Confirmationis, at nõ vnici.

64 Inde eſt, quòd tàm in Florentino Concilio, s quàm in Tridẽtino t nuncupentur Epiſcopi Sacramenti Cõfirmationis miniſtri, non quidem vnici; ſed ordinarij, hoc eſt, qui de plenitudine poteſtatis ſuæ illud exercent: quaſi inſinuãdo per hoc eſſe alios extraordinarios miniſtros, qui de licentia tantùm ſummi Pontificis idem munus valeat perſoluere. Quare tàm D. Tho. v quàm omnes Theologi aduerſus Durandum conſtituunt, quod de licentia Pontificis poteſt idoneus Presbyter, neceſsitate ingruente hoc Sacramentum miniſtrare.

s Vbi ſup.
t Seſſ. 7. Can. 3.
v 3. p. q. 72. art. 11. Doctor. Scholaſt. in 4. d. 7. q. 4.

Gregorij factũ, neque illicitum, neq; dãnificum.

65 Neque obſtat præſidiũ nuper allatum ex actorũ 8. x quoniam Apoſtoli, vt confirmarent Samaritanos fideles eatenus miſſi ſunt, quatenus Philippus eorum baptizator, & doctor, non Presbyter, ſed diaconus erat, & proinde incapax, vt etiam de licentia Petri Sacramentum Confirmationis adminiſtraret. Ex quo ſequitur, Gregorij factum pium, ac probum fuiſſe. Sed dato quod improbum eſſet; quid nobis detrimenti attuliſſet? cum non diffiniendo, neque ſantiendo, neque præcipiendo, ſed permittendo dumtaxat incurrit in illud? Abeant ergo petulantiſsimi hæretici, qui pro ſua maledicentia vel in cœlum ponunt os ſuum, & nihil non dedecorant, & velut titiones denigrant.

x Actor. 8.

Chriſtus maximè ob originale peccatũ venit.

65 Ad decimum ſextum de Bonifacio V. reſp. quod ipſe nuſquam dixit, Chriſtum incarnatum fuiſſe propter originale peccatum dumtaxat, ſed veniſſe, vt nos eriperet ab originali: reticuit enim actualia peccata, nõ tamen reiecit. Quod etiam à Baptiſta didicit: ipſe enim indigitans Chriſtum dixit y *Ecce qui tollit peccata mundi*: id eſt, originale peccatum; iuxta expoſitionem omnium, nulla actualis facta mentione: vtique quoniam potiſsima cauſa aduentus Chriſti non tàm fuit redemptio ab actualibus, quàm ab originali culpa; iuxta quæ cum D. Thom. z communiter Doctores aſſerunt.

y Ioan. 1. 29.
z 3. p. q. 1. ar. 3.

Honorius à multis etiam catholicis inclamatus hæreticus.

67 Ad decimum ſeptimum de Honorio reſp. Honorium à multis tùm hæreticis, tùm catholicis inter manifeſtos hæreticos annumeratum fuiſſe: imò ſextam ſynodum a illum pro hæretico damnaſſe; eiuſque epiſtolas igne cõflagrationis combuſsiſſe, & ſeptimam ſynodum b illi tanquam monothelitæ anathema dixiſſe; quod octaua ſynodus, c & Agato Papa d conſummarunt.

a 6. ſynodus actione 13.
b 7. ſynodus actione vltim.
c 8. ſynod. action. 7.
d In epiſt. ad Imperat.

Qui lapſus imputentur Honorio.

68 Res nihilominus ad purũ diiudicata purus in rebus fidei Honorius inuẽtus eſt, inuenienduſque ſemper orthodoxus & integer: quia omnes lapſus illius in eo conſiſtere viſi ſunt, quod Sergio Monothelitanæ hæreſis anteſignano conſentire, & ſubſignare per epiſtolam profeſſus eſt, vnicam dumtaxat in Chriſto voluntatem, & operationem agnoſcens; duas verò abnegans & inficiens. At cum Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus idem in ſua epiſtola perſtitiſſet, nec tamẽ propterea hæreſis notatus eſſet, ſed potiùs tamquam orthodoxus, imò & ſanctus in vniuerſali Eccleſia habitus, adeò vt vndecimus dies menſis Maij, ſit ad honorem eius publicè conſecratus: non videtur cauſa illa ſufficiens ad Honorij famam denigrandam: aliàs etiam

maculaſſet

Digitized by Google

maculaſſet honorem Sophronij, vtpotê quod ab eiſdem omnino cauſis idẽ omnino pullulat effectus.

Honori' non negauit duas voluntates in Christo prout Iy duas ſignificat diſtinctas, ſed prout oppoſitas.

69 Eò potiſsimè quod cauſa, quæ Sophroniũ à nota hæreſis vindicauit (vtique bona & publica de Sergio, deque eius doctrina pro tunc concepta mens) eadem potuit Honorium potiori iure eripere, & innoxiũ declarare. Maximè dicente Maximo e (qui tempore Honorij vixit) quod quando negauit Honorius duas voluntates, nomine duarum voluntatum non ſubintellexit voluntates diſtinctas, quales ſunt diuina & humana, vtpotè quod illas palàm in eadem epiſtola agnoſcit non ſecùs, ac diſtinctas naturas: ſed nomine duarum voluntatum intellexit voluntates contrarias, & ad inuicem repugnantes in bonum & malum: vt patet ex illis epiſtolæ verbis. *Non veni facere voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me: non quod ego volo, ſed quod tu vis: & alia huiuſmodi: non ſunt hæc diuerſæ voluntatis, ſed diſpenſationis humanitatis aſſumptæ. Iſta enim propter nos dicta ſunt, vt nõ ſuam vnuſquiſque noſtrum, ſed potius Domini in omnibus præferat voluntatem.*

e *In dialog. contra Pyrrum.*
Ioan. cap 6.
Matth. 26.

Voluntates quæ tendunt ad idem eadẽ voluntas ſunt.

70 Itaque nomine duarum voluntatum ſubintellexit Honorius voluntates contrarias: & meritò: quoniam voluntates quæ tendunt ad idem non vocantur plures ſed vna, iuxta illud f Actorũ 4. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Et illud g *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*; primò cõtrarijs & ſecum pugnantibus; aliàs multis quiuis poteſt ſeruire dominis, quia dum à ſe ipſis, atque inter ſe non diſſentiunt; ſed ad inuicem ſubordinantur, aut plures vni obſecundantur, potius vnicus dominus, quàm plures habentur. Hunc tamen ſenſum, quia Patres in argumento relati ſatis non ſunt aſſecuti, nota hæreſis Honorium ſuggillarunt, ex quo Sergium contumacem hæreticum comprehenderunt: Sergius enim, vt prius fuit habitus orthodoxus & boni nominis, ita poſtea impoſtura detecta fuit agnitus, atque declaratus hæreticus.

f *Actor 4.32.*
g *Matth. 6, 24.*

Hæc dixerim in ſubſidium Honorij ex hypotheſi, quod ſpurei, & adulterini non ſint canones ſynodorum contra illum in argumento relati, vt eſſe probant acerrimè Cardinales Baronius, h atque Belarminius, i quibus quilibet ſana mente præditus iure ſubſignare poterit.

h *Tom. 8. ad an. Chriſti 681.*
i *Tom. 1. lib. 4 de Roma. Pontif. c. 11.*

Ficti pœnitentes damnantur.

71 Ad decimum octauũ de Martino I. reſp. verba illius epiſtolæ (quæ eſt ad Ioannem Epiſcopũ Philiadelphæ) nihil abſurditatis in lapſos, ſed veræ pietatis continere: habent enim ſic. *Nimium propter lapſos aperior, donec rurſum formetur in eis per fidem Chriſtus; ne ceſſes per miſericordiam Dei cõtinenter eos hortari & propheticam decantare vocem.* k *Nunquid qui cadet non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? quapropter ſi virtute gratiæ mentem obſequentem habent, confirma vnumquemque horum in proprio Ordine, vt fructum Deo ferant. Sed omnino his, qui libenter peccant, & amant peccare denegare oportet veniam, quæ in huiuſmodi lapſis ex diſpenſatione datur: ne & ipſi propter canonis contemptum amplius grauentur, & nos in culpa ſimus, iniuſtè agendo, eis permittendo licentiam: defenſores enim diuinorum canonum & cuſtodes ſumus, non præuaricatores.* His enim planè conuincitur mentem Pontificis non fuiſſe veros amandare pœnitentes, ſed impoſtores & fictos: & adhuc non amandare illos, niſi ab vſu & exercitio Ordinum à quibus ſacri Canones illos (ob vitæ indignitatem) repellunt.

k *Hierem. 8. 4.*

Quæ imbecillitas & quãdo obſtet matrimonio?

72 Ad decimum nonum de Gregorio III. reſp. Gregorium re ipſa adminiſtraſſe anſam hæreticis (qui ſemper in deteriorem partem omnia detorquent) in eo quod non expreſsit imbecillitatis conditionem, de qua loquebatur. Non enim dixit ſe agere de imbecillitate, ſiue impotentia, quæ matrimonium antecedit, & quæ ſola poteſt illud dirimere. Verùm cum neq; expreſſerit aliquam ſpecialem notam imbecillitatis ſuperuenĩetis matrimonio, ſed tantum dixerit, licere viro aliam vxorem ducere *Si mulier infirmitate correpta non valuerit viro debitum reddere;* compulit catholicos, ſaniori mente præditos, interpretari reſcriptum hoc non de infirmitate, quæ matrimonium ſubſequitur, ſed de illa, quæ antegreditur, quia hæc ſola matrimonium

niũ inualidat, & de hac ſola verificari poteſt Pontificis canon : & proinde eius mens explicari: quoniam cum eſſet probè doctus, & ægregiè ſapiens (de ſententia omnium) non potuit in alio ſenſu loqui quàm in illo, qui ſubſiſtere poterat, maximè in re tàm perſpicua, & omnibus perula.

Neque obſtat, quod Gregorius ſubiecerit: *Non tamen ſubſidij opem ſubtrahat ab illa, cui infirmitas præpedit*. Hoc eſt: debere virum ſuis ſumptibus vxorem alere quam langor grauauerat: quaſi hæc ſit nota matrimonij legitimi. Non inquam valet, quoniam non dicit debere alere illam tamquam vxorem propriam, ſed alere illam: ad quod ſatis eſt, quod quantum in ipſa fuerat in diſſolubili matrimonij fœdere ſe illi copularit.

In quibus definitionibus Pontifices nō poſsint errare?

73 Ad vigeſimum de Nicolao multiplex ab antiquis modus reſpondendi eſt, de quibus D. Thom. *l* ſed nunc cum recentioribus reſpondeo Nicolaum vt doctorem priuatum, non verò, vt Eccleſiæ Præſulem in hanc ſententiam deſl exiſſe: vtpotè quia non interrogatus, neque publica neceſsitate compulſus tale reſponſum reddidit, ſed quaſi explicans id quod definiendo ſtatuerat. Non enim fuit requiſitus, an valeret baptiſmus in nomine tantum Chriſti collatus, neque huius difficultatis deciſio fidelium mentes vrgebat: ſed tantum fuit conſultus, an baptiſmus præſtitus ab infideli eſſet validus: & ideò non illius, ſed huius reſponſio ex definitione eſt: ſicut nō omnia quæ definitiones Pōtificias concomitantur ex definitione ſunt: multa enim crebro inter neceſſario credenda inſeruntur, quæ neceſſario credenda non ſunt, vtpotè introductæ dũtaxat in præſidiũ in exēplũ, in lucē, vel in commentarium eorum, quæ diffinitiuè proponuntur. Quare non omnium epiſtolarum pontificalium propoſitiones de fide ſunt, niſi tantum illæ quæ authoritate pontificia vt irrefragabilis fidei ſtatuuntur.

l 3. p. q. 66. ar. 6. doct. in 4. d. 3.

Non valet baptiſm⁹ collatus ſine expreſſione Trinitatis

74 Sententia autem illa, ad quam vt priuatus doctor Nicolaus deſcendit, vtique valere baptiſmum collatum in nomine Chriſti tantùm ſuppreſſa omnino trium diuinarum Perſonarum expreſsione, licet falſa ſit, & pluſquam falſa temporibus iſtis: temporibus tamen priſcis reputabatur vera, tàm à Patribus, quàm à ſcholaſticis multis: nimirum à Ricardo de ſancto Victore, *m* Ambroſio, *n* Beda, *o* Bernardo, *p* Magiſtro ſententiarum, *q* Adriano, *r* & alijs. Et licet temporibus Nicolai res iſta extra iudicē eſſet, vtpotè diffinita à Pelagio Papa, *s* & à Zacharia Pontifice, *t* qui proximè preceſſerunt Nicolaum, & definiendo declararunt, vbique & ſemper requiſitam fuiſſe trium diuinarum Perſonarum expreſsionem ad veritatem baptiſmi: quod etiam fecerat Concilium Anglicanum: nihilominus id Nicolaum latere potuit, quia non omnia prædeceſſorũ decreta continuò ſucceſſoribus patent: nec de omnibus illis illuminantur ſubitò, ſed tunc certo certius illuſtrantur de aliquo quando ex inſtituto ſui muneris debent circa illud ſententiam pronuntiare. Vnde illos potuit aliorum ignorantia obrepere, vt proculdubio, hæc Nicolaum obrepit, aut ſi non ignorantia, ſaltem inconſideratio, & inaduertentia, vt etiam Concilium Anglicanum noſtrum ſubterfugit Bedam, vtpotè quod nullam talis Concilij mentionem habuit in vniuerſa hiſtoria gentis ſuæ: & ſic longè ſecus, quàm conterraneum Cōcilium decreuerat de Sacramento baptiſmi philoſophatus eſt, ſed inculpabiliter. Hęc iuxta mentem recentiorum dixerim.

m Lib. 2. de Sacram. p. 6. c. 2.
n Lib. de Spiritu ſancto c. 3.
o Sup. actor. 10. in fine.
p Epiſt. 340.
q In 4. d. 3. ca. ex hoc.
r In 4. q. 2. de baptiſm. quæ incipit 2. videndum eſt, in ſolut. 1.
s Epiſt. ad Gaudētium.
t Epiſt. 11. quæ eſt ad Bonifaciũ in 2. tom. epiſtolarum Pontificaliũ.

Prudentia Nicolai in nō cōtraſtādi fidelibus in valide baptizatis.

75 Dicere etiā libet, Nicolai reſpōſũ prudētiale potius quā doctrinale fuiſſe, vtpotè redditũ nō propter erudiendos Vulgaros, ad quos ſermonē habebat, ſed propter pacādos illos, & in doctrinā Euangelij nuper accepta confirmandos. Forte enim inter illos aliqui baptizati fuerant in nomine tantùm *Ieſu*, & licèt talis baptiſmus vere non fuiſſet, ne tamē diſturbarentur, aut ita irritatione, & nullitate baptiſmi, & Euangelij curſus apud illos ſic perpediretur, ideò nō tā præceptoriè, quā prudētialiter & præmiſſoriè reſpōſũ iſtud reddidit Pōtifex intuitu reficiēdi illud, atq; reijciēdi in opportunius tēpus.

Non implicat Pōtifices errare in his quæ extra fidei aleā ſunt.

76 Ad vigeſimũ primũ de Stephano VI. & Sergio reſp. erraſſe proculdubio: at non in materia fidei, ſed facti, vtique in eo quod acriter contēderũt, Formoſum illum Cardinalē qui prius fuerat Epiſcopus Portuenſis, depoſitus

tamen, & degradatus à *Ioãne* VIII. & iri in ſortẽ laicorum redactus, & proprio iuramento conſtrictus numquam ſe, vel ad vrbem, vel ad Epiſcopatum redditurum. Hunc igitur Formoſum poſtea à Martino II. abſolutum, & ad pontificale numen per legitima ſuffragia euectum, contenderunt non fuiſſe verum *Eccleſiæ* Pontificem, & proinde omnia illius acta reſcindenda, imô ordinatos in ſacris per illum iterũm ordinãdos. In his igitur, quæ facti ſunt erraruut, ea decepti exiſtimatione, quod Cardinalis Epiſcopus, vtique Formoſus iſte ſemel ab ordine, & gradu deiectus & ita procul à ſacris ablegatus, vt pro mere laico cõputaretur, & Sacramẽto proprio ab ingreſſu vrbis priuatus, nõ manebat (citra publicam eãque vrgentẽ vniuerſalis Eccleſiæ neceſsitatem, quæ tamen tunc non apparebat) diſpẽſationis capax: diſpenſatio enim iuſtam, atq; rationabilẽ cauſam prærequirit.

Reordinatio per ſe illicita & irrita.

77 Et licet obijciant hæretici, Pontifices iſtos lapſos etiam fuiſſe in fide; quatenus coegerunt ordinatos à Formoſo iſto à tempore Pontificatus ſui, iterum ordinandos iri: cum tamen ordinationes factæ ab Epiſcopo quantũuis degradato, & à ſacris reiecto ratæ ſecundum veram fidem catholicam ſint. Licet igitur id obijciant hæretici, non propterea voti compotes fiunt: quoniam hæc reordinatio non tàm propter rem, quàm propter ſpeciem edicta eſt: vt quando baptizatus domi iterum ad Eccleſiam baptiſmi ſuſcipiendi nomine deportatur, potius propter ſignificationem, quàm propter rem ipſam defertur. Vere enim baptizatus eſt, ac regeneratus; at non idoneis baptiſmi ritibus, & cæremonijs: ita quaſi in ſupplementum ſolemnitatis & idoneitatis *Eccleſiaſticæ* ordinationis, quibus ordinationes prædictæ carere (licet immeritò) viſæ ſunt, reordinationes ſanxerunt Pontifices illi. In quo tamen nihil aduerſum fidei conceperunt, quia ipſi non aſſeuerarunt ordinationes illas irritas fuiſſe, ſed iterandas eſſe præceperunt, vtiq; propter ſignificationem prædictam, atq; in odium, ſiue contemptum prædeceſſoris, non autem propter rem.

Syluester II. vere ſapientiſſimus.

78 Ad vigeſimum ſecundum de Syluestro II. reſp. verè peritiſsimum fuiſſe, adeò vt Helgaldus Floriacenſis Monachus, qui ſumma fide ſcripſit vitam Roberti Francorum Regis, dicat de Sylueſtro iſto, pro maximo ſuæ ſapiẽtiæ merito, qua toto radiabat in mundo, pontificale fuiſſe numen adeptus. Quia verò tacitê, atque inopinatè Romanum fuit apicem conſequutus, pro magico diffamari cœpit, magicis artibus ad tãtum ſubuectus faſtigium, & ideò à dæmone poſtea publicè ſtrangulatus. Verũ fabuloſum id eſſe; atq; in odiũ Syl ueſtri accruiſsimè commentarũ per quendã *Bẽnum* ſchiſmaticũ, inter alios oſtendit copioſiſsimè nobis Baronius, v quare vt anilis fabella reſpuenda eſt

Benoni in Pontifices cõtumelioſus & falſus.

79 Ad vigeſimũ tertium de Gregorio VII. reſp. omnia illa conuitia vnius tantum Bennonis authoritate initi, cui tamẽ fidem nemo catholicorum hactenus arbitratus eſt, ſed nec arbitrari poteſt: tũ quia ſchiſmaticus publicus & durus impoſtor: tum quia de Gregorio VII. honorificentiſsimè ſcripſerunt omnes, qui acta illius fideliſsimo calamo exararunt, vt Lambertus, Deſiderius Caſsinenſis, Petrus Damianus, Anſelmus Epiſcopus Lucenſis, Marianus, Scotus, & alij de quibus Baronius, x atque Belarminius. y Et quidem adeò probatæ vitæ, atque virtutis fuit, vt vigeſimus quintus dies Maij ad illius cultum conſecratus ſit per Romanam Eccleſiam, cuius acerrimus extitit propugnator, & ob cuius tutellam grauiſsimas calumnias, impoſturaſque viuens, & moriens protulit, præſertim iſtas, quas recentiores hæretici contra eum magnificant. Sed mendaces oſtenſi ſunt, qui maculauerunt illum, ipſique donata, & illata claritas æterna.

Non omnia teſtamẽta eũdem teſtium numerũ exigunt.

80 Ad vigeſimum quartum de Alexandro III. reſp. cùm gloſſa ſuper illud caput, decretalem iſtam intelligi debere per decretalem ſequentem, quia de eodem facto, & eiuſdem loci loquuntur: vt que ſupra relictis Eccleſiæ, vel ad pias cauſas. In his enim decernit Pontifex ſufficere duos, vel tres teſtes: nam in his, quæ pietatis cauſa relinquuntur, minus ſolemnis voluntas ſufficit, ſicut & inter liberos z. Et licet autument aliqui locutio-

v *Tom. 10. ad an. Chriſti 999. fol. 926.*

x *Tom. 11. ad an. Chriſti 1048. & in Martyrol. Roman. die 25. Maij.*

y *Lib. 4. de Roman. Põtif. c. 13*

z *C. de teſtam. ff. ex imperfecto, C. de fideicom. l. vlt.*

Digitized by Google

cutionem huius capitis eſſe generalem, generaliter derogātem omnibus legibus reſcindentibus teſtamenta, niſi ſeptem teſtium ſubſcriptione fiant: veriſimile tamen non eſt, quod voluerit Pontifex vnico verbo tot legibus derogare *a* Maximè quod taxatus ille tantorum teſtium numerus eo præſcriptus eſt, ne in teſtamētis aliquę falſitates ſubreperēt, aut malignè fierēt. Relinquitur ergo decretalē illā procedere ſupra relictis Eccleſiæ, vel ad cauſas pias dūtaxat. Sed eſto militaret in omnibus, nihil contra dogmata fidei, ſed potius ſecundum illa diſpoſitum eſſe, quippe qui in vtroque fœdere ſcriptum eſt: *In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Et ideò ad normam diuinam potuit vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo formari.

a Arg. C. de inoffiſtioſo teſtam. l. ſi quando, & ſupra de electíon. Eccleſia veſtra.

Aliud eſt Pontifices ſentire aliquid aliud definire.

81 Ad vigeſimum quintum de Cæleſtino III. reſpondetur non definiendo, ſed ſimpliciter exprimendo, quod ſenſerat id protuliſſe, prout Innocentius III (qui proximè in pontificatu ſucceſsit) ſignificauit, *b* vbi contrariam ſententiam ſecutus, dicit quod licet quidam prædeceſſor eius aliter ſenſiſſe videatur, ipſe tamen edicit, quod inter coniugatos fideles, quando illorū aliquis labitur in hæreſim, his qui relinquitur non poteſt ad ſecundas nuptias tranſire, quandiu alter viuit: ſecus verò inter coniugatos infideles. Vbi eſt apprimè notandum Iv, *Quidam prædeceſſor noſter contrarium ſenſiſſe videatur,* ſenſiſſe inquit, non diffiniſſe. Et licet dictum hoc olim in decretalibus haberetur, *c* prout gloſſa monuit; non propterea diffinitionem ſapere neceſſe eſt: quoniam non omnia in decretalibus comprehenſa ex diffinitione ſunt.

b Cap. quarto, de diuortijs.

c Cap. laudabile de conuerſione infidelium.

Veteris teſtamenti inumbrationes lucēt in nouo.

82 Ad vigeſimum ſextum de Innocentio III. reſpondetur nihil tale vſquā ſomniaſſe: ſed in allegato reſcripto tantùm dixiſſe obſeruari in teſtamento nouo, quod decernebatur in veteri, quatenus in controuerſijs fidei ſemper ad Eccleſiaſticum iudicem recurrēdum eſt, vt olim recurrebatur. Non quia veteris inſtrumenti præcepta militent pro tempore iſto, ſed quia inumbrationes erant eorum quæ tempore gratiæ gerenda ſunt, omnia enim in figura contingebant illis. Vnde Leo *Papa. Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus inſtituit, vt veritas quæ antea legis, & Prophetarum præconio continentur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exirent.*

Chriſtus ſimul pauper & ſimul diues, ſed aliter & aliter.

83 Ad vigeſimum ſeptimum ex Nicolao IIII. & Ioanne XXII. reſpondetur, non magis pugnare duo illa oracula quàm duo iſta: *d Filius hominis non habet vbi caput ſuū reclinet*, & alibi: *e Quem conſtituit hæredem vniuerſorum.* Vnde ſicut iſta, & ſimilia cōciliātur præmiſſa diſtinctione dominij in illud quod eſt ſecūdū excellētiā (quo ſanè potius eſt Chriſtus erga regna mūdi: vtpotè qui pro libito potuit diſponere illa abſque aliqua poſſidētiū iniuria aut iniuſtitia, eo quod *f Omnia dedit ei Pater in manus*) & in illud quod eſt in vſu & ſecūdum ordinariam potentiam, quo ſanè Chriſtus ſe abdicabit, reſpuens omnia hæc terreſtria: non ſecus ac Paulus, qui ea velut ſtercora reputauit. Vnde ipſe de Chriſto dixit: *g Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cū eſſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.* Et David: *h Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.* Id circô Ioannes ipſe 22 aduertit ſe loco in argumento relato à Nicolao non diſſentire.

d Mat. 8. 20.

e Hebræor. 1. 2.

f Ioann. 13. 3.

g 2. Corint. 8. 9.

h Pſalm. 8. 7.

Ioan. 22. errauit vt doctor priuatus priuatim prorſus.

84 Ad vigeſimum octauum ex Ioanne 22. reſpondetur, Ioannem proculdubio in illa ſententia fuiſſe: at nō proterуè, neque contumaciter, ſed cum ſubiectione ad iudicium Eccleſiæ quotiès de rē illa ſententiam pronuntiare decreuiſſet: vt videre preſtò eſt apud Villanum: *i* hactenus enim definitione non conſtiterat quid ea in cauſā certum credendumque foret: nec ſanè conſtitit vſque ad tempora Benedicti 12 qui in extrauaganti *bonus Deus*, ſua remacu tangens, definitione protulit beatorum animas non expectata generali mortuorum reſurrectione ad cœlos euolare, Deumque videre. Quare Ioannes 22. non vt Pōtifex, ſed vt priuata perſona oppoſitam tubeatur ſententiā; ad cuius maiorem indaginem ſæpè illam verſabat, & in concertationem inducebat: & ipſos Eccleſiæ Principes, vtique Cardinales aliquando compulit, vt ſincere promerent quod ipſi in hac parte ſentirent, iuxta quæ in extrauagante prædicta Benedictus 12 exaratum reliquit.

i Lib. 11. hiſtoriæ cap. 19.

Ad

85 Ad vigeſimum nonū de Ioanne 23. reſpondetur 1. Pontificatum illius certæ fidei non fuiſſe, ſed adeò ſuſpectæ vt duo alij, vtique BenedictusXIII. & Gregorius XII. egregijs patronibus, fautoribuſque muniti ſenſim contra illum de primatu iſto contenderent. Quare omnes liti & cauſæ cedere cōpulſi ſunt, vt legitimus crearetur Pontifex, & ita Martinus V. ſubrogatus eſt.

Ioan. 23. pro vero Pontifice nōvniuerſe cēſetur.

86 Deinde reſpondetur, impoſturam redolere huiuſmodi crimen: propterea, quod recenſitis per ipſum Concilium Conſtancienſe k cauſis damnationis, ac depoſitionis huius Ioann. 23. nulla talis vel alterius hæreſis facta mentio inuenitur: cùm tamen ſi tanti criminis reus offenderetur, proculdubio tractaretur de illo, & inter potiſsimas depoſitionis cauſas potiſsimè recenſeretur.

k Seſsione 12.

Et licet l inſimulatus legatur de prædicta hæreſi, at non conuictus, imò neque teſtium probatione in hac parte compreſſus, vt in pluribus alijs in eadem ſeſsione productis. Quapropter apud viros prudentes huius criminis impoſtura vulgo rudi defertur, quippe quod de omnibus improbè, atque petulanter agentibus dicere conſueuit, illos immortalitatem animæ, nec vitā futuram credere, imò anima rationali & conſcientia apud Deum carere: huius autē Pontificis mores parum laudabiles extitēre, imò vituperabiles: & ideò vulgari proloquio anſam dedere.

l Seſsion 11.

Falſū crimen Ioā. 23. obiectum & cur.

87 Ad trigeſimum de Benedicto 13. reſpondetur. Tum quod antipapa potius quàm verus Papa fuit: vtpotè quod viuente Vrbano VI. vero Pontifice pontificatum ambiuit, & inuaſit. Tùm quia dogma, de quo notatur, vtique Concilium authoritate valere ſupra *Papam*, erroneum minimè (ſed ſano ſenſu intellectum) neque falſum eſt, vt patet ex ſupradictis tractatu de Concilijs.

Benedictus 13. antipapa

88 Ad trigeſimum primum de Eugenio IIII. reſpondetur lippis, & tonſoribus peruium eſſe Concilium Baſilienſe reprobatum fuiſſe ex parte, qua de authoritate Conciliorum ſupra Pontificem, & depoſitione Eugenij IIII. quidpiam decretum eſt. Quare Patres tàm Latini, quàm Græci in Synodo Florentina Eugenio aſſenſerunt: & tàm Eccleſiaſtici, quàm ſeculares *Proceres* penè cuncti relictis Baſilienſibus Eugenio adhæſerunt: & Concilij Patres, qui eum à gradu exturbarant, veniam poſt ab illo petierunt.

Concilium Baſilienſe ex parte concilia bulum.

89 Ad trigeſimum ſecundum de Innocentio VIII. reſpondetur, illud permiſsionis tantum (ob extremā Prouinciæ neceſsitatem, in qua vinum illicò aceſcit, & conſeruari non poteſt) non verò dogmatis, aut definitionis fuiſſe: & proinde Pontificem aliquid ignorantem induxiſſe, non verò docendo erraſſe.

Vini penuria maxima apud Noruegos.

Demum ad teſtimonia producta in argumento vltimo 2. capitis dubij præcedentis reſpondetur, quod cum adhuc ſub iudice (nec improbabiliter apud aliquos) ſit, an Pontifex vt priuatus doctor poſsit errare in fide, oportet vt Concilia, & Pōtifices edicerent ac decernerēt quid facto opus eſſet in caſu quo affirmatiua pars verior aliquando appareret; & proinde praxi, ac ſequela dignior: vt aliquādo (vtique in Liberij depoſitione) viſa eſt, iuxta ſuperius dicta in ſolutione 7. argumēti ad finem: interim tamen exeſtimandū, quòd ſicut qui labe morum non caret, aliquādo aliorum defectus ſcit prudēter corrigere, & animaduerſione caſtigare; ſic Pontifex lapſus in fide fideles orthodoxè doceret: quod in cōcionatoribus publicis frequenter videmus, & de Phariſæis obſeruauit Chriſtus: ſibi enim ipſis mali alijs frugi erant, & propterea illorum facta fugienda, dicta verò amplexanda, vt quæ ad vitam ducerent, vtique æternam; ad quam (Beatiſsime *Pater*) peureniamus. Amen.

Matth. 23. 7.

LAVS DEO.

Digitized by Google

INDEX RERVM, QVAE IN HOC VOLVMINE DE ROMANO PONTIfice continentur, D. ſignificat dubium, C. caput, N. Numerum, F. Folium.

A.

Aaron fuit ſummus Pontifex cum Moyſe, ſed non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, d.1.c.1.numero 12.fol.3.

Aaronis primatus etiam reſpiciebat ſucceſſores, d.3.cap.2.numero 14.folio 32.

Africana Concilia quare Principis Sacerdotum nomen eliminarunt, d. 4. cap. 6. numero 36.fol.38.

Africani Epiſcopi ad Sedem Romanam ſemper appellauerunt, d.4.cap. 7. num. 39.folio 38.

Agni quid ſignificent in ſermone Chriſti Domini ad Petrum? d.2.cap.11.numero 82.folio 22.

Amari plus ſtudere debet Princeps, quàm timeri, d.5.cap. 8. numero 113. folio 51.

Amicabilis & non authoritatiua fuit correctio Pauli ad Petrum, d.2. cap. 23. numero 135.folio 28.

Anaſtaſius Papa immeritò calumnijs afficitur, d.6.cap.2.num.57.folio 64.

Anaſtaſius bono fine communicabat cum aliquibus hæreticis, ibidem, numero 59. folio 64.

Antiochena Eccleſia ceſſit Romanæ, d.4. c.5.numero 29.folio 37.

Antiochenam Eccleſiam priùs rexit D.Petrus, d.4.cap.5.numero 31.fol.37.

Apoſtolorum contentionem adducunt hæretici, vt tollant primatum Petri, d.1.c.1 numero 10.folio 3.

Apoſtoli omnia cum concilio faciebant, d. 1.cap.10.numero 47.folio 7.

Apoſtoli omnes dicuntur fundamenta Eccleſiæ, d.2.cap.6.numero 46.folio 16.

Apoſtolis diuerſimode traditæ ſunt claues ac Petro, d.2.cap. 10. numero 70.71. & 72.& 73.folio 20

Apoſtoli expectarunt prædicationẽ Petri, vt ipſi inciperent prædicare, d.2.cap.15. num.102.fol 24.

Apoſtolis omnibus vnum idemq; ius fuit prædicandi, ibidem, num.103.

Apoſtoli agnouerunt à Chriſto, quod aliquis eorum maior erat futurus, d.2.c.17. numero 11.fol.25.

Apoſtoli ex ſignis collegerunt primaturam Petri, ibidem.

Apoſtolorum contentio ortum habuit ex primatura Petri, ibidem, num. 112.

Apoſtoli cur non caſuerunt verba primatus Petri? ibidem, numero 115.

Apoſtolos dominandi libido concitauit, d. 2.c.17.numero 117.folio 26.

Apoſtolorum cur ſe Chriſtus Dominus miniſtrum prædicauerit? ibidem, numero 116.folio 26.

Apoſtoli ſuperiores cur ſibi non ſumpſerunt Hieroſolymitanam Eccleſiam, d.2. c.18.numero 126.folio 27.

Apoſtolus vocatur Paulus per Antonomaſiam, d.2.c.19.numero 128.fol.27.

Apoſtolorum Concilio præfuit D.Petrus, d.2.c.21.num.136.folio 29.

Apoſtolis in quo ſuccedant Epiſcopi? d. 3. c.4.numero vltimo, folio 33.

Apoſtoli acceperunt ius ligandi & ſoluendi vt delegati Petri, d.5.cap.3. numero 60.folio 46.

Apoſtoli ex priuilegio ſunt paſtores vniuerſales, Petrus autem ex officio, ibidem.

Apoſtoli difficiliores ſuas quæſtiones deferebant ad Petrum.

Apoſtolica cathedra ſemper viguit in Romana Eccleſia, d.4. cap. 5. numero 29. fol.37.

Arca Noe typus Eccleſiæ, d.1.cap.2.numero 11.folio 3.

Archiepiſcopus Hieroſolymitanus ſubeſt Patriarchæ Antiocheno, d.2.cap.18.numero 123.folio 27.

Ariſtocraticum regimen numquam fuit in Eccleſia, d.1.cap.10.numero 49. folio 7. Nec potuit eſſe non iniquum, ibidem, numero 59. folio 8.

Auguſtinus perperam intellectus eſt ab hæreticis, ſed Petri dignitati aſſipulatur, dub. 2. cap. 5. numero 39. folio 16,

Digitized by Google

Authoritas interpretandi ſcripturas, non eſt idem quod gratia ſermonum, ibidem numero 75.fol.47.& 48.
Authoritas interpretandi penes quem ſit? ibidem, numero 76.
Authoritatem qui habent in Eccleſia faciūt fidem, non alij, d.5.cap.14.
Authores & argumenta aſſerentium Pontificem errare poſſe adducuntur, d. 6. c.2.per totum, fol.51.& 54.
Attendere à falſis prophetis quid ſit? d,1. cap.11.per totum, fol.51.& 54.

B.

Babylonis nomine cur aliquando nuncupetur Roma, d.4.cap.10.numero 51.folio 40.
Baptiſmi vniuerſalitas inumbrabatur in vniuerſali deſcriptione totius orbis facta ab Auguſto, d.1.cap.6.numero 31. folio 6.
Baptiſmus tantum valet collatus ab vno quàm ab alio miniſtro, d.2.cap.22.numero 139.fol 29.
Baptiſmus habet à Chriſto duplicem virtutem, d.2.c.22.numero 140.folio 29.
Baptiſmus ſine expreſsione Trinitatis collatus non valet, d.6.c.3.numero 34. folio 95.
Baptizati inualidè quomodo à Nicolao ſummò Pontifice non fuerint contriſtati, ibidem.numero 75.
Baſilienſe Concilium ex parte conciliabulum, d.6.c.3.numero 89.fol.65.
Benedictus XIII. Antipapa, ibidem, numero 87.
Beneficiorum qualis ſocietas damnanda, qualis autem efferenda? d.4.c. 12.numero 60.fol.41.
Bonnonius in Pontifices contumelioſus & falſus, d.6.c.3.numero 79. fol.65.
Berengarius hæreſiarca ſacramentarius damnatus à Leone IX. d.5.cap.9.numero 120.folio 52.
Bernardus quid pro Romana Eccleſia? d.4. c.4.numero 20.folio 37.
Boni nominis impoſitio magni habenda, d.2.c.4.numero 33.fol.15.

C.

Canones male intellecti ab hæreticis, qui de perſonalibus Pontificum locuntur erroribus, d.5.c.2.n.52.53.& 54.fol.46,
Caluinus contendit non eſſe in Eccleſia præfecturam, d.1.c.1.num.3.fol.2.
Caſtrorum acies ordinatæ cur Eccleſia dicatur. d.1.c.5.numero 29.fol.5.
Cæleſtinus Pontifex longè alius à quodam Cæleſtino Pellagiano, d.6. c.3. numero 53.folio 64.
Claues tradere alicui quid ſit? d.2.c.7.n.54. folio 18.
Clauis potētiæ præſtat claui ſcentiæ, & latius patet, d.2.c.12.numero 63.fol. 18.
Clauis ſcientiæ in Petro præceſsit clauem potentiæ, ibidem, num.64.
Claues duæ collatæ ſunt Petro, ibidem, capit.10.numero 65.folio 20.
Claues Petri quænam ſint ſecundum Auguſtinum? ibidem, numero 66.folio 20.
Clauium munus & vſus alius commiſſus Petro, alius cæteris Apoſtolis, d.2. c. 10. numero 68.& 72.fol.20.
Clauium priuilegium datum eſt Petro, vt continenti in ſe regimen vniuerſale totius Eccleſiæ, d.5.c.3.numero 57. & 58. folio 45.
Clauium poteſtas quā ſubordinatione ad Petrum data ſit reliquis Apoſtolis? ibid. num.59.& 60.fol.46.
Credere in Chriſtum quid ſit? d.5.cap. 12. numero 155.folio 55.
Credere priùs eſt quàm intelligere, ibid. c.14.numero 156.folio 55.& 56.
Cribrare quid ſignificet? d.6.c.12.numero 143.folio 60.
Centuriatorum falſa impoſtura Cypriano contra Cornelium, d.6.cap.3. numero 4.folio 63.
Chriſtus Dominus Sacerdos vnicus & æternus, d.1.c.1.numero 5.folio 2.
Chriſtus quomodo ſecundum ſenſum hæreticorum ſit in Eccleſia vſque ad conſummationem ſeculi? ibidem, numero 6. & 7.fol.2.
Chriſtus aſcendens in cœlum viſibiliter adhuc gubernat Eccleſiā per ſuos vicarios, d.1.c.3.nu.16.fol.3.
Chriſtus caput Eccleſiæ diuerſimode influit in eam pro diuerſis illius ſtatibus, d. 1.c.9.numero 48 fol.7.
Chriſtus & Pontifex non ſunt duo capita. d.1.cap.13.numero 72.fol.10.
Chriſti reſpectu quomodo ſit caput ſummus Pontifex? ibidem, num.73.
Chriſtus quando rogauit pro Petro vt non deficiat fides eius? d.2 c.5.num.35.fol.15
Chriſtus ſupra quam petram ædificauerit Eccleſiam, d.2. cap. 5. numero 40. folio 16.
Chriſtus Syriacè alloquutus eſt Petrū, ibi. numero 39.& 41.fol.16.

Chriſtus

Chriſtus Dominus vnicum fundamentū Eccleſiæ in ſuo genere,d.2.c.6.numero 47.folio 16.
Chriſti interrogatio facta ad Apoſtolos & eius deciſio indicauit primatum Petri, d.2.cap.17.numero 104.& 105.fol.26.
Chriſtus cur ſe prædicauerit miniſtrum inter Apoſtolos? d.2.cap.17.numero.116. folio 26.
Chriſtus non ſolum conſtituit paſtorem in ſua Eccleſia,ſed paſtorale officium, d.3. c.2.numero 13.folio 32.
Chriſti vicarius tenetur honores admittere etſi Chriſtus recuſauerit, d.4.c.3.nu. 43.f.39.
Chriſtus non accepit teſtimonium ab hominibus,d.5.cap.12.num.138 folio 54.
Chriſtus aliqua hominum teſtimonia magni fecit,ibidem, numero 140. folio 55.
Chriſtus rogando pro Petro rogauit etiam pro eius ſucceſſoribus , d. 6.cap.1.numero 6.fol.60.
Chriſtus propter originale peccatum principaliter venit, d. 6. cap. 3. numero 66. folio 64.
Chriſtus ſimul pauper & diues , ſed aliter & aliter, d.6.cap.3. numero 83. folio 66.
Concilium Calcedonenſe nullam Romanæ Eccleſiæ dignitatem contulit quam ipſa non haberet, d. 4. cap. 3. numero 54 folio 40.
Concilium Nicænum agnouit vniuerſale primatum Romanæ Eccleſiæ , ibidem, numero 55.folio 40.
Conſtantinopolitani Patriarchæ conatus fracti, d. 4.cap.5. numero 30.fol.35.
